



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

Liber XLII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

S. Bonifacius Germaniæ Apostolus.



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER XLII.

S GREGORIUS II. PAPA.  
LEO III. IS. IMPERATOR. LUITPRANDUS,  
REX LONGOBARDORUM.

§. I.

*Leo Imperator Imagines per-  
sequitur.*

**C**um ageretur annus a repara- Sæcul. VIII.  
ta Salute septingentesimus A. C. 726.  
vigésimus sextus, Indictione  
*Hist. Eccles. Tom. X. A nona,*

Sæcul. VIII.

A. C. 726.

*Theoph. an.*

10. p. 338.

*S. Niceph.*

p. 37.

nona, spississimo fumo tanquam ex fornace ardente ex fluctibus inter Insulas Archipelagi Theram & Therasiam erumpente, mare æstuans pumices undequaque in vicinas Asiæ & Europæ oras ejaculabatur, & prope Insulam Hieram nova Insula ante nunquam visa apparuit. Quamvis vero hæc raro adeo non acciderent, nihilominus Leo Imperator hunc eventum prodigiis æquiparavit, & irati Numinis indicium esse pronuntiavit; quod JESU Christi & Sanctorum Imaginibus honor indebitus exhiberetur. Quippe a Musulmannis hauserat opinionem, hunc cultum Sanctorum esse Idolatriam. Haud parum in isto errore confirmatus est a quodam nomine Beseer, Syro, parentibus Christianis nato, qui ab his Infidelibus captus eorum Religionem susceperat turpis Apostata, & deinde libertate recuperata ad Romanos redierat. Hunc hominem Imperator propter eximias corporis vires, & mutuum in errore consensum magni faciebat. Item Constantini Episcopi Nacoliensis in Phrygia eundem errorem foventis adulatio accessit.

*vit. S. Ste ph*  
*Fun. c. 1.*  
*Anal. Græ*  
p. 412.

Ergo anno Regni sui decimo, JESU Christi septingentesimo vigesimo septimo, convocato populo, publice edixit; Imagines facere, esse Actum Idolatriæ, unde sequeretur, non esse adorandas.

Hæc

Hæc dicente Imperatore ingemuit populus, & ille plura tunc addere non ausus, etiam in alium sensum verba sua detorque conabatur; at erroris principio generosum pectus opposuit S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, coram Imperatore affirmans, Christianos semper habuisse imagines, seque ad earum defensionem mori paratum esse.

Sæcul. VIII.  
A. C. 727.

## §. II.

*S. Germani Constantinopolitani Epistola Apologetica pro Imaginibus.*

Sanctus Germanus nihil non egit, ut eos Episcopos, qui Imperatoris errori consentiebant, præsertim Constantinum Episcopum Nacoliensem, hujus Hæresis Auctorem, ad sanam Doctrinam reduceret. Tres habemus epistolas, quas Germanus de hac materia scripsit. Prima ad Joannem Episcopum Synnadensem in Phrygia Constantini Metropolitam data est, in qua dicit: *Tarasius Patricius reddidit mihi epistolam tuam, in qua de Episcopo Nacoliensi mentionem facis. Itaque certio rem te facio, quod antequam illam accepissem, cum Episcopus iste ad me venisset, de Imaginibus conferre cæperimus, & ego ipsius mentem examinaverim (jam enim eum fama mihi suspectum reddiderat) hæc autem in defensionem suæ opinionis*

Conc. 7. Act.  
4. tom. 7. p.  
290.

Sæcul. VIII. *nionis attulit, ut omnia tibi ordine re-*  
 A. C. 727. *feram. Cum ergo, inquit, audivissem illa*  
 Deut. 5. 8. *Scripturæ verba: non facies tibi Sculpti-*  
*le, ut adores illud, nec similitudinem om-*  
*nium, quæ in Cælo sunt desuper, & quæ*  
*in terra deorsum. Dixi, opera hominum*  
*non sunt adoranda; sed credimus, S. Mar-*  
*tyres omni honore dignos esse, & eorum*  
*Intercessionem imploramus. Respondi:*  
*Fides Christiana, ejusdem cultus & adora-*  
*tio in Deum solum referuntur, sicut scri-*  
*ptum est: Dominum Deum tuum adora-*  
*bis & illi soli servies. In Deum solum*  
*Doxologia nostra & Cultus noster dirigi-*  
*tur. Doxologia est illa oratio, qua Eccle-*  
*sia frequentissime utitur, Gloria Patri &*  
*Filio & Spiritui Sancto. Tum S. Ger-*  
*manus prosequitur: non adoramus crea-*  
*turam, avertat Deus! nec reddimus Ser-*  
*vis nobis similibus Cultum soli Deo debi-*  
*tum. (\*) Quando coram Imperatoribus*  
*& Principibus terræ prosternimur, id non*  
*fit in eum finem, ut eos adoremus, sicut ad-*  
*oramus Deum. Nathan Propbeta in ter-*  
*ram prostratus est coram Davide, qui*  
*utique homo erat; nec ullibi legimus Pro-*  
*phetam ideo reprehendi. Et quando Ima-*  
*gines fieri permittimus, non ideo quid-*  
*quam*

(\*) Testimonium adversus Protestantes præ-  
 clarum ab Oriente & ex ore Patriarchæ Constan-  
 tinopolitani productum!

quam perfectioni Cultus Divini demptum volumus; nullam enim facimus ad exhibendam Divinitatem invisibilem, quam nec Angeli capere valent. (\*)

Cum vero Filius Dei pro nostra Salute homo fieri dignatus sit, Humanitatis ipsius simulacrum exhibemus ad roborandam fidem nostram, atque ut demonstramus, Filium Dei Naturam nostram non fictē, sicut aliqui veteres Hæretici docuerunt, sed vere & re ipsa assumpsisse. Hac mente Imagines ejus salutamus, & honorem cultumque congruum exhibemus, ut scilicet Incarnationem ejus in memoriam revocemus. Imaginem S. Matris ejus quoque pingimus, ut confiteamur, cum femina esset, & ejusdem, ac nos sumus, naturæ, eam Deum Omnipotentem concepisse & peperisse. Admiramur etiam, & magni facimus Beatos Martyres, Apostolos, Prophetas & omnes Viros Sanctos, qui vere Dei Servi fuerunt, bonis suis operibus, veritatis prædicatione, & patientia in adversis probati, qui Dei amici sunt,

A 3

&amp;

S. Germani  
Epistola.

(\*) Ex his S. Germani verbis cognoscimus, illa ætate necdum morem fuisse pingendi Sanctissimam Trinitatem, quia id, quod invisibile est, capi non posset. At hodie etiam tres Personas Sanctissimæ Trinitatis exhibere licet; sed sub illa solum specie, sub qua in S. Scriptura hominibus aliquando apparuisse leguntur. Epist. Dogm. Bened. XIV. 1744.

Sæcul. VIII. A. C. 727. *Et magna apud eum gratia valent. Pinguimus eorum Imagines, ne fortitudinis eorum, Et gratissimi obsequii Deo præstiti memoria pereat. Non vero dicimus, eos Naturæ Divinæ esse participes, nec eis honorem, Et adorationem Deo competentem tribuere intendimus, sed affectum, quo ipsos prosequimur, ostendimus, Et conspectu picturæ veritatem rerum, quas auribus percepimus, confirmamus. Nam quia carne Et sanguine constamus, opus est, ut usu oculorum animam nostram de quarundam rerum veritate certam reddamus.*

S. Germanus epistolam claudit in hunc modum: *hæc omnia exposuimus præsentem Nacolio Episcopo, qui hanc Doctrinam recepit, Et coram Deo professus est, quod hæc credat, nec quidquam dicturus aut facturum esset, quod populis scandalo esse possit. Igitur Episcopos Provinciæ tuæ fatigare noli, Et cave, ne res ista tibi metipsum scandalo sit; sed voca eum, hanc epistolam prælege, Et compelle, ut consentiat.*

Constantinus Episcopus Nacoliensis hujus epistolæ ipsemet gerulus secreto retentam Metropolitæ suo non reddidit.

*Taras. Conc. p. 295.* Hinc Germanus Patriarcha ad ipsum Constantinum scripsit in hunc modum: *Scripsit mihi Joannes Synnadenensis Metropolita, epistolam meam a te sibi redditam non fuisse. Doleo vehementer, quod te*  
nec

nec timor Dei, nec caritas, nec honor, quo Jesu Christi membra se mutuo professuntur, moveat. Jam autem præcipio tibi, ut tu ipse sine cunctatione priorem epistolam meam Metropolita tuo reddas, eadem juxta Hierarchiam Ecclesiasticam obedientiam præstes, & in proposito, quod professus es, Doctrinam nostram tenendi, abjecto proprio judicio, perseveres; Non enim, ut arbitror, tibi exciderit, quod me rogaveris, ut reciperem abdicationem Episcopatus tui voluntariam sub prætextu, quod aliqui seditionem in te commoverent, objicientes crimen, cujus tibi conscius non esses. Affirmaſti apud me, te nec dicto nec facto Domino Nostro aut Sanctis ejus in causa Imaginum ipsorum contumeliam intulisse, sed solummodo Doctrinam Scripturæ exposuisse, honorem Divinum Creaturæ neutiquam esse tribuendum. Prælegi tibi, quæ ad Metropolitam tuam scribebam; dixisti, te consentire; & alterum hujus epistolæ exemplum tibi tradidi. Cave igitur, ne innocenti populo scandalum crees, & memento, terribile Judicium Dei in Auctores scandali futurum. Ceterum scias, me tibi, donec epistolam meam Metropolita tuo reddideris, in Nomine Sanctæ Trinitatis omnes Episcopi functiones interdicerem. Malo enim aliquo rigore uti, quam me ipsum coram Deo reum facere.

Sæcul. VIII.  
A. C. 727.



Sæcul. VIII.

A. C. 727.

to I. Conc.

p. 298.

p. 299.

Germanus Patriarcha ad Thomam quoque Episcopum Claudiopolitanum, in Imagines bellum moventem, dedit Epistolam. In ea dicit præter alia: *Diu apud nos fuisti, in una domo versabamur, interdum Quæstiones ex S. Scriptura afferbas; at nunquam vel unico verbo de Imaginibus Sanctorum, Jesu Christi, aut S. Matris ejus mentionem injecisti. Altissime de hac materia siluisti. Nunc vero delatum est ad me, quod in Civitatem tuam reversus Imagines aufervi jusseris, simulans, id communi consensu, & firmo Decreto fuisse statutum. Vix id a te fieri potuisse, mihi satis persuadeo; meum tamen est, ut quid de hac Quæstione sentiam, tibi aperiam. Inprimis memineris, semper quidem Episcopis Doctrinam novam esse vitandam, tunc vero summopere, quando exinde occasio scandali populo fidei nasci potest, & illud novum Consuetudini ab antiquis temporibus in Ecclesia stabilitæ adversatur. Præterea Episcoporum est calumnias, quas Infideles adversus Ecclesiam congerunt, refutare, & demonstrare, quod nostra Doctrina non solum sublimis & Divina, sed etiam immutabilis sit. Porro non hodie primum Judæi & veri Idololatæ id nobis exprobrant, non alio sane consilio, quam ut Fidelibus famam eripiant. Non enim ipsis curæ est, nos a cultu hominum abstrahere, ipsis, inquam,*

*qui*

S. Germani  
Epistolæ.

qui nihil nisi homines colunt, præter res  
 sensibiles nihil agnoscunt, qui Naturam Di-  
 vinam omnibus, quibus possunt, modis de-  
 primunt, dum eam uni loco affigunt, &  
 simulacris corporeis repræsentant. Quod  
 spectat ad Saracenos seu Musulmannos,  
 illis lapidem nigrum quadratæ Domus  
 Meccensis, præcipuam peregrinationis  
 eorum causam, exprobrat.

Sæcul. VIII.  
 A. C. 727.

vid. Bibl.  
 Orient. p. 97.

Deinde S. Germanus fusissime differit  
 de puritate Religionis Christianæ, cujus  
 Actus Adorationis in nullam aliam rem,  
 quam in Deum invisibilem, atque inac-  
 cessibilis Gloriæ Regem dirigitur. Econ-  
 tra, inquit, Idololatræ credunt, se Deum  
 facere, qui prius non existebat, & si de-  
 struatur, credunt, se non amplius Deum  
 habere, nisi alium similem faciant. Ho-  
 nores, quos Diis suis exhibent, satius tur-  
 pitudines dixeris, verba proferuntur ob-  
 scæna & actus perpetrantur, qui nequidem  
 honeste nominentur. Verum enimvero San-  
 ctorum Imagines, quæ in domibus Christia-  
 norum sunt, unice ad virtutem excitant,  
 eo ferme modo, quo piorum virorum ser-  
 monibus ad devotionem invitamur; nam  
 Imagines sunt Historiæ compendium, &  
 omnia ad Cælestis Patris gloriam referun-  
 tur. Quando Imaginem Jesu Christi ado-  
 ramus, non adoramus colores ligno illitos,  
 sed Deum invisibilem, qui est in Sinu Pa-  
 tris, in Spiritu & veritate adoramus.

p. 301.

p. 302.

p. 303.

p. 306.

A 5

Et

Sæcul. VIII. Et infra: *Ubi persecutionum finis fuit,*  
A. C. 727. *celebrata fuere Concilia Oecumenica, in*  
*quibus Canones conditi de rebus longe mi-*  
*noris momenti, quam Doctrina de colen-*  
*dis Imaginibus. Hæc tamen omnino ma-*  
*turo examini subjicienda fuisset, si hæc an-*  
*tiqua consuetudo nos contra præceptum*  
*Sacrarum Litterarum in Idololatriam in-*  
*duceret, & a Deo averteret. Nam qui*  
*promisit Apostolis, futurum se cum ipsis*  
*usque ad consummationem Sæculi, idem et-*  
*iam promisit Episcopis, post Apostolos Ec-*  
*clesiam rectoris. (\*) Porro qui dixit, se*  
*in medio duorum vel trium in Nomine*  
*ejus congregatorum futurum, sine dubio*  
*tantam Episcoporum frequentiam ex amo-*  
*re veræ Religionis congregatam suo lumi-*  
*ne non destituisset, præsertim cum mos*  
*colendi Imagines non in minoribus, aut*  
*paucioribus civitatibus, sed ferme in om-*  
*nibus Provinciis, primis, & illustrissimis*  
*Ecclesiis invaluerit.*

Imagines ex  
antiquo mo-  
re colendæ,

Exod. 20 4.  
Deut. 5. 8.

Postea respondet ad objectionem ex  
 Sacra Scriptura depromptam, ubi Deus  
 prohibet, ne Judæi facerent similitudi-  
 nem omnium, quæ in Cælo vel super  
 terram sunt; *sensus præcepti, inquit, ma-*  
*nifeste*

(\*) S. Germanus hic clare edicit suam sen-  
 tentiam; nempe cui a Jesu Christo Assistentiam  
 Spiritus Sancti & Infallibilitatem promissam fuisse  
 crediderit.

nifeste patet, nimirum Naturam Divinam Sæcul. VIII.  
A. C. 727.  
esse invisibilem & incomprehensibilem.

Nec quisquam putet, Deum aliquid cum  
imaginibus corporeis habere commune.

Nam postquam dixit Dominus: non vidi- Deut. 4.  
stis aliquam similitudinem, in die qua lo-  
cutus est vobis Dominus in monte Horeb,

statim addidit: ne forte decepti faciatis  
vobis sculptam similitudinem, & reli-  
qua &c. tum ut in eis memoriam vituli  
aurei revocaret, tum ut a moribus Agy-  
ptiorum, quos noverant, abstraheret. Id

ipsum dicit S. Paulus ad Athenienses; Ge-Act. 17. 29.  
nus ergo cum simus Dei, non debemus æsti-  
mare auro, aut argento, aut operi homi-  
num, Divinum esse simile. Porro unum

Deum agnoscimus, ipsum solum adoramus,  
& ipsi soli Sacrificium per Jesum Chri-  
stum offerimus. Item: Christiani nullum

cultum aut honorem exhibent imaginibus p. 311.  
parentum, aut amicorum suorum; sed cum  
aspicimus imaginem Viri Sancti, Gloriam

Deo damus. Item: nemo scandalizetur,  
si Imagines Sanctorum accensis cereis,

vel odoribus bonorentur, nam virtutum p. 314.  
Symbola sunt, quibus Sanctorum lumen  
Spirituale, & inspiratio Spiritus S. signi-  
ficantur. Et infra: Tandem, non exigui

momenti argumentum est, quod Deus sæ- ibid.  
pe in Imaginibus miracula patraverit;  
multa ejusmodi prodigia referuntur, quale

est liberatio a morbis, quod nos ipsi experti  
sumus,

Sæcul. VIII. *sumus, tum maleficia sublata, & appari-*  
 A. C. 727. *tiones in somno. Illud vero extra omne*  
                     *dubium, & nemine reclamante certum,*  
                     *quod Imago S. Virginis, quæ erat Sozo-*  
                     *poli in Pisidia, manu sua picta odorem li-*  
                     *quidum effuderit; cujus rei plures testes*  
 p. 315. *adsunt. Ceterum S. Germanus non de*  
                     *aliis loquitur nisi de Imaginibus plana*  
                     *superficie pictis, nec aliæ secundum mo-*  
                     *rem Græcorum, quem hodieque servant,*  
                     *in Ecclesiis conspiciebantur. Hinc lo-*  
                     *quens de Statua ænea, quam Hæmor-*  
                     *rhoissa in honorem JEsu Christi posuerat,*  
                     *addidit: quod non ideo memoramus, ac si*  
 Sup. l. XV. *mens esset affirmare, faciendas nobis esse*  
                     *statuas æneas. Hæc mihi in tribus epi-*  
 §. 10. *stolis S. Germani memoratu digna visa*  
 ibid. *sunt.*

## §. III.

*Epistola Papæ ad S. Germanum.*

Conc. 7. Act. *Cum S. Germanus rem gravissimi mo-*  
 4. p. 282. 283. *menti ad Gregorium Papam detu-*  
                     *lisset, respondit ille data proluxa Episto-*  
                     *la, in cujus initio gratulatur Patriarchæ,*  
                     *quod vigore Sacerdotali Doctrinam Ec-*  
                     *clesiæ defendat. Deinde Ecclesia, in-*  
                     *quit, quamquam non nulli id somnient,*  
                     *nunquam fallitur, & huic Traditioni cum*  
                     *Paganorum moribus nihil commune est.*  
                     *Ex Intentione, non Actione judicabimur.*  
                     *Si Prophetarum oracula per Incarnatio-*  
                     *nem*

*nem Filii Dei impleta necdum fuerunt, pingendum non est, quod nunquam factum; cum vero re vera omnia consummata fuerint, cum Dei Filius natus sit, Miracula patrauerit, passus sit, & resurrexerit, utinam Cælum, Terra, Mare, omnia animalia, & omnes plantæ mirabilia Dei verbis, scriptura, aut pictura satis enarrare possent!*

Sæcul. VIII.  
A. C. 727.

*Idola appellantur imagines illarum rerum, quæ nihil sunt, & non nisi in fabulis inficetis aut in cerebro delirantium Infidelium existunt. Sed nihil Ecclesiæ & Idolis commune. Avertat Deus! nunquam vaccas adoravimus, aut vitulum aureum, nec unquam creaturam Dei loco habuimus, nec Sacris BEELPHEGOR initiati sumus. Si quis vero Judæorum obtrectationem imitans propter venerandas Imagines Ecclesiam Idololatriæ accusat, non majorem hominis rationem habebimus, quam canis, rabie supervacua latrantis, (\*) eique id ipsum respondebimus, quod Judæis: utinam Israel ad Salutem suam usus fuisset rebus sensibilibus, quas præceperat*

p. 287.

(\*) Dieses alles hat unser Lutheraner, welcher öfters in seinen Anmerkungen, wenn eine Meldung von Verehrung der Heiligen vorkömmt, mit den Worten: Aberglaube, abgöttisch und der Ehre Jesu Christi verkleinerlich, um sich wirset, richtig

Sæcul. VIII. A. C. 727. *perat ei Dominus, ut eundem ad se traberet! utinam plus Sanctum Altare, quam vaccas Samariæ, Virgam Aaron, quam Astartem, (\*) & Petram, unde aqua fluxerat, quam Baalamasset! In hunc modum Ecclesia Romana & Constantinopolitana consentiebant.*

*Theoph. an.*  
*10. p. 339.*  
*hist. misc. lib.*  
*21.*

Leonis Imperatoris contra Imagines molitio Seditioni populorum Græciam & Cycladas incolentium occasionem præbuit. Hi Religionis amorem obtinentes, & quemdam nomine Cosmum, quem Imperatorem coronaturi erant, secum ducentes, classe exornata Constantinopolim versus vela fecerunt, Agaliano Græciæ Præfecto & Stephano Ducibus. Deinde decimo octavo Aprilis, Indictione decima anno 727. navale prælium committere ausi Rebelles ingentem cladem passi sunt. Agalianus, ut erat  
arma-

richtig in seiner Muttersprache übersezt. Die Geduld, oder vielmehr die Unempfindlichkeit dieses Mannes (wenn ihm nicht etwan alle Religionen gleichgültig sind) ist unbegreiflich. Denn solche Dinge, welche ein Protestant nicht ohne Beschämung übersezen kann, liest man im Fleury auf allen Seiten.

(\*) Sidoniorum Dea, cui Salomon, ut uni concubinarum suarum obsequeretur, Altaria condidit. 1. Reg. 15.

armatus, in mare profiliit, Cosmus & Sæcul. VIII.  
Stephanus capti, atque capite plexi. A. C. 727.

## §. IV.

*Germanus pellitur. Anastasius Patriarcha.*

Tanta victoria Leonis Imperatoris animum multo vehementius contra Catholicos accendit; novos tamen conatus adhibuit ad pertrahendum in suam sententiam Germanum Patriarcham, qui ex Imperatoris partibus contra rebelles aperte steterat. Is ab Imperatore accersitus, & blandissime compellatus dixit: *fama perceperamus, editum olim vaticinium, futurum, ut Sanctæ Imagines tollerentur; sed non te Imperatore.* Tunc Imperator urgere, ut illius Imperatoris nomen ediceret, & Germano tandem respondente, id sub Conone futurum, Leo reposuit: *verum est; e Baptismi fonte Cononis nomen accepi.* Et Patriarcha: *Bonus Deus tantum malum probibeat, Princeps! ut te regnante prædictum nefas impleatur! quicumque enim impleverit, Præcursor est Anti-Christi, & Mysteriorum Incarnationis Everfor.* Sentiens postea Imperatorem hoc sermone offendi, meminisse iussit, quid, cum coronaretur, promisisset, nempe Deum Testem invocasse, nihil se de Traditione Ecclesiæ mutaturum

*Theoph. an.  
13. p. 341.*

*Frag. epist.  
in Græco  
cod. Orient.  
canonum.*



Sæcul. VIII. rum. His dictis Imperator nihil move-  
A. C. 727. batur, sed colloquium cum Patriarcha  
 diutius protrahens sperabat, se posse ex  
 eo verba injuriosa elicere, quo ansam  
 nancisceretur Virum Sanctum tanquam  
 læsæ Majestatis reum deponendi. Insti-  
 gabat Principem ad indignum facinus  
 Anastasius Patriarchæ Discipulus & Syn-  
 cellus, cui secum in errore consentienti  
 Imperator promiserat, se eum ejecto Ger-  
 mano in Sedem Constantinopolitanam  
 evecturum. Sancto Patriarchæ Anasta-  
 sii perfidiam non ignorantibus fatis fuit eun-  
 dem sapienter & leniter tanti facinoris  
 arguere; verum cognoscens, quod a sce-  
 lere revocari non posset, cum quadam  
 die Palatium Cæsareum intrarent, & Ana-  
 stasius Patriarchæ vestigia sequens ejus-  
 dem dependentem togam calcasset, di-  
 xit: *noli festinare; ad hippodromum enim  
 pervenies, priusquam voles.* Hæc vox  
 S. Viri Anastasium aliosque audientes non  
 parum turbavit, & vera prædixisse Pa-  
 triarcham eventus post lapsum annorum  
 quindecim docuit, cum Constantinus  
 Imperator Anastasium anno 744. probro-  
 se deposuit. Quippe id, quod referi-  
 mus, anno 729. contigit. Ergo Impera-  
 tor exinde Germanum Patriarcham pes-  
 sime averfatus omnes Imperatores, om-  
 nes Episcopos & omnes Christianos Ido-  
 latriæ accusabat, quippe homo rudissi-  
 mus

mus Cultus *Relativi & Absoluti* discrimen capere non poterat. (\*) Præterea non modo imaginum venerationem damnabat, sed etiam Sanctorum Intercessionem rejiciebat, eorumque reliquias horrebat.

Sæcul. VIII.  
A. C. 730.

Sub initium anni sequentis 730. Indictione decima tertia, septimo Jan. Imperator, suis ad consilium advocatis Decretum contra Imagines condidit, & Patriarcham ad subscribendum cogere voluit; at Sanctus Senex nefas jubentem fortiter repulit & Dignitate sua se abdicare maluit. Pallium sibi ipsi detraxit, atque inter alia verba Doctore Ecclesiæ digna hæc protulit: *non possum, Auguste! non possum, sine Auctoritate Concilii Oecumenici contra Fidem quidquam innovare.* Postquam recessisset, Imperator iræ impotens in Palatium Patriarchale armatos immisit, qui Antistitem octogenarium impactis pugnis insigni contumelia ejicerent. Ipse in domum paternam se recepit, loco qui *Platania* dicebatur, vitam ducturus Monasticam, civibus Constantinopolitanis carissimi Pastoris jacturam lamentantibus, postquam illam

Theoph. an.  
10. p. 340.

Sedem

(\*) En iterum Elogium, quod in nostrum Interpretem Protestantem cadit, quotiescunque Catholicos Idololatriæ arguit!

*Hi? Eccles. Tom. X.*

B

Sæcul. VIII. Sedem annis quatuordecim, mensibus  
A. C. 730.

*Mart. Rom.* Germanus in secessu suo sanctissime vi-  
tam clausit, ejusque memoriam Ecclesia

12. *Maji.* duodecimo Maji celebrat. Eodem die

*Boll. to. 14.* Græci colunt Stephanum Abbatem, quem

p. 155. *Menol. Basil.* S. Germanus ex Palæstina advocaverat,

12. *Maji.* ut collapsam Monachorum Disciplinam

26. *Jun.* Constantinopoli reformaret. Deinde die

vigesimo sexto Junii Græci colunt etiam

memoriam Joannis Episcopi Gothorum

ultra Pontum Euxinum, quem populi illi

electum ad S. Germanum miserant ordi-

nandum. Sed Vir Sanctus veritus, ne

commercio cum Hæreticis inficeretur,

eum in Iberiam remisit, consecrandum

ab illius Regionis Episcopis, quibus viri

indoles moresque perspecti essent. S.

Germanus Auctor fuit operis, quod non

amplius superest, in quo defendebat

S. Gregorium Nyssenum contra adver-

sarios, qui eum Hæresis Origenistarum

accusabant. Eidem aliqui Libri tribuun-

tur, quos melioris Notæ Critici alterius

Germani Patriarchæ Constantinopolita-

ni illo antiquo non minus quingentis an-

nis junioris opera esse existimant.

S. Germano expulso, protinus vigesi-

mo secundo ejusdem mensis Jan. anno

730. Anastasius Patriarcha Constantino-

polititanus ordinatur, & ope armatorum

in possessionem mittitur. Is omnem po-

testa-

*Phot. Cod.*

233. p. 904.

*V. Dupin. to.*

7. p. 28.

testatem Ecclesiasticam in Imperatorem contulit, qui tanta Auctoritate munitus cunctos ad observandum Decretum suum contra Imagines editum vi adhibita compellere cœpit.

§. V.

*Constantinopoli multa vi adhibita aguntur.*

Magnum Constantinopolitanæ urbis Palatium ingressuris transeundum erat per vestibulum, quod Græci *Chalce* appellabant, quia laminis æneis tectum erat, & forum, dictum *Chalcopratea*, id est, forum cupri, contingebat. In hoc vestibulo erecta erat Imago Jesu Christi e cruce pendentis, quam cuncti veneratione singulari prosequiebantur. Hanc Constantinus Magnus affigi jussisse ferebatur, memor Crucis prodigiosæ, sibi olim in Cœlo conspicuæ, multaque ibi edita miracula narrabantur, inter quæ & istud locum habet. Quidam mercator, cui nomen Theodorus, rebus suis omnibus naufragio exutus, a Judæo, nomine Abraham, quinquaginta libras auri mutuas acceperat & Jesum Christum, in illa Imagine repræsentatum, vadem obtulerat. His, profectio auspiciato suscepta, opes recuperavit, & Judæus se convertit; unde illa Imago *Antiphonetes*, id est, *vadem se præbens*, appellata.

Sæcul. VIII.

A. C. 730.

V. Cang. C.

P. Chr. lib. 2.

p. 114. &c.

& lib. 4. n. 9.

p. 85.

Narrat. de

Antiphon.

to. 2. Auf.

Bibl. PP.

Combef. p.

611.

B 2

Nullam

Sæcul. VIII.

A. C. 730.

*Greg. ep. I.  
to. 7. Conc.  
p. 19.  
vit. S. Steph.  
p. 415.*

*Cang. lib. 2.  
p. 116.*

*vit. S. Steph.  
p. 415.*

*Menol.  
Mart. Rom.  
9. Aug.*

Nullam prius quam hanc Imaginem deletam cupiens Leo Imperator misit Prætorianorum unum, nomine Jovinum, qui eam destrueret. Quædam mulieres forte præsentibus Jovinum, imperata facere parantem, summis precibus flectere nitebantur, ne tanto Sacrilegio se polluerent, cumque ille spretis fæminarum precibus scalam applicitam conscendisset, & ter securi effigiem in facie percussisset, mulieres subtracta scala Jovinum terræ afflictum, & fœde dilaniatum, in ipso loco interimunt. Nihilominus dejecta illa imagine, & flammis tradita, Imperator Crucem vacuum reponi iussit, cum Inscriptione indicante, Imaginem fuisse ablatam. Nam Iconoclastæ Crucem venerabantur, si modo Crucifixus abesset, & illas solum deletas volebant imagines, quæ figura erant humana. Tum mulieres Jovini interfectorices ad Palatium Patriarchale procurrunt, saxa injiciunt, clamantes: *Anastasi! veritatis inimice turpissime! num ideo Sacerdotium invasisti, ut res Sacras perderes?* Anastasius contumeliis excitatus ad Imperatoris conclave festinanter se proripit, obtinetque, ut hæ mulieres ultimo supplicio afficerentur. Cum eis etiam alii, numero decem, viri octo & duæ fæminæ necantur, quos Ecclesia Græca Martyrum numero adscriptos nono die Augusti

gusti colit. Multi Christiani ex Occidente, qui Roma, ex Francia, ex Regione Vandalorum, ex Mauritania, ex Gothia advenerant, horrendi spectaculi testes adfuere, & novæ rei tristissimum nuncium in patriam detulerunt.

Sæcul. VIII.  
A. C. 730.

Theoph. an.  
10. p. 339.

Leo Imperator scientiarum omnium ignorantia laborans præ ceteris in viros doctos furere cœpit, & scholas, a Constantini Magni temporibus florentes, in quibus Sacræ litteræ docebantur, sustulit. Constantinopoli prope Palatium Cæsareum Bibliotheca erat ab Imperatoribus fundata, in qua ultra triginta voluminum millia visebantur, ejusque præfectus, nomine Læcumenicus vir præclaris meritis conspicuus. Habebat duodecim alios sibi subordinatos, qui suos Discipulos gratis in Religione & Scientiis profanis erudiebant. Porro ea erat apud omnes de viris istis sapientiæ opinio, ut iis inconsultis rem magni momenti moliri Imperatoribus vix liceret. Leo Imperator eos tum minis tum pollicitationibus aggressus, ut in suam sententiam de rejiciendis imaginibus pertraheret, cum tandem desperaret, se id a constantissimis viris impetrare posse, circa totum Bibliothecæ ædificium ligna arida, & materiam, quæcunque ignem facile conciperet, subjici, atque unacum libris omnes illos, qui eos custodiebant, concremari

Constant.  
Manas. p. 87.  
v. Cang. C. P.  
Chr. lib. 2.  
n. 3. p. 151.

B 3

jussit.

Sæcul. VIII.  
A. C. 730.

jussit. Tandem vel blandis insidiis, vel vi aperta, omnes Civitatis Constantinopolitanæ incolas compellere conatus est, ut omnes Imagines Jesu Christi, Sanctæ Virginis, aliorumque Sanctorum, ubicunque essent, in foro Civitatis comburerent, & omnes Ecclesiarum parietes picturis ornatos dealbarent; multi vero obedire detrectantes, alii capite plexi, alii alia corporis parte truncati. Multi denique in hac persecutione Clerici, Monachi, Laici Martyrium passi.

Anast. in  
Greg. II.  
Theoph. an.  
13. p. 343.

## §. VI.

*Seditio in Italia.*

Inexpectato persecutionis nuncio in Italiam delato, Imperatoris Imagines dejiciuntur, pedibus seditiosorum calcantur, & Longobardi captata occasione in Pentapolim movent. Jam ante hæc omnia cum Longobardi Indictione undecima, id est, anno 728. Sutrium in Hetruria occupassent, Papa missis epistolis tum hortatu tum donis a Rege Luitprando obtinuit, ut urbem, ut ut expilatam, redderet. Verum postea Rex initis cum Eutychio Exarcho foederibus, arma cum Romanis jungere statuit, ut ipse Duces Spoleti & Beneventi ad præstandam sibi obedientiam compellere, Exarchus vero Romam ad deditionem cogere, & contra Papam jam pridem sibi mandata exequi

qui posset. Ergo duobus Ducibus ad of-  
 ficiū reductis, exercitum urbis portis  
 admovet, unde Papa egressus Regem  
 oratione usque adeo efficaci cohibuit,  
 ut ad pedes ejus se demittens promitte-  
 ret, innoxium fore exercitum, imo ar-  
 ma posuerit & in urbem admissus, ante  
 Corpus S. Petri pallium suum, balteum,  
 gladium cum manubrio aureo, & Cru-  
 cem argenteam dona obtulerit. Pera-  
 ctis precibus rogavit Papam, ut etiam Ex-  
 archum in pace reciperet, & Papa an-  
 nuente recessit Luitprandus, Euty chius  
 autem Exarchus urbem intravit.

Exarcho Romæ commorante, Tibe-  
 rius cognomento Petasus commota in  
 Hetruria Seditio summam potestatem  
 ambibat, urbesque tres Mandubrium,  
 Lunam & Bledam ab Imperatore defi-  
 cientes in fidem receperat. Cum nascent-  
 es motus Exarchum, Evnuchum, & alias  
 timidæ mentis hominem, vehementer  
 terrerent, Papa animos addidit, eique &  
 exercitui comites dedit Clericorum suo-  
 rum præcipuos. Ubi Mandubrium per-  
 venerunt, occisus est Petasus, & perduel-  
 lis caput Constantinopolim missum. Ni-  
 hilominus offensus Imperatoris animus  
 Romanis reconciliari non potuit. Sed  
 exinde editum contra Icones Decretum  
 Romam misit, promittens se Papam, si  
 consentiret, omnibus, quæ facta fuerant,

Sæcul. VIII.  
 A. C. 730.

Anast. in  
 Greg. II.

B 4

oblit-



Sæcul. VIII.  
A. C. 730.  
oblitteratis, in gratiam recepturum, ad-  
dita comminatione, deponendum esse,  
si suis mandatis obsisteret. Sed Papa ad  
impia mandata exhorrens, Imperatori  
resistere tanquam Ecclesiæ hosti consti-  
tuit, datisque ad omnes Fideles litteris  
admonuit, ut a novo errore sibi cave-  
rent. Pentapolis populi & exercitus  
Venetorum, rejectis Imperatoris manda-  
tis, se Pontificis causam strenue tuituros  
edixerunt, Paulum Exarchum Ravenna-  
tem, eumque, a quo missus esset, id est,  
Imperatorem, eosque, qui ab ipso impe-  
rata facerent, anathematizantes. Tum  
copiis Duces delegerunt, tandemque  
communi deliberatione consensit tota  
Italia, ut alius eligeretur Imperator, &  
Constantinopolim deduceretur. At Pa-  
pa necdum desperans, fore, ut Leo con-  
verteretur, prohibuit, ne quæ in delibe-  
rationem venerant, executioni daren-  
tur.

Interim Exhilaratus Dux Neapolita-  
nus cum Adriano filio suo, cum in Cam-  
pania rebus potiretur, illius Provinciæ  
populos eo adduxit, ut Imperatori mo-  
rem gerere, & Papam interficere sibi pro-  
ponerent; verum Romani Patrem Fi-  
liumque captos necarunt, & Petrum Ro-  
manæ Civitatis Ducem, quem accusa-  
bant, quod ad Imperatorem contra Pa-  
pam litteras dedisset, ejecerunt. Raven-  
næ

Gregorius II.  
Papa.

næ divisus erat populus, his pro Imperatore, aliis pro Catholicis & Papa stantibus. Ergo ad arma ventum, atque Paulus Patricius & Exarchus Ravennatis interfectus. Multæ urbes Æmiliæ & Auximensis Regionis in Pentapoli (\*) Longobardis se dediderunt. Tandem Longobardi ipsam Ravennam in suam potestatem redegerunt; quod ex una epistola Gregorii II. Papæ ad Ursum Ducem Venetiæ seu potius cujusdam Provinciæ Ravennatensis, quæ Venetia dicebatur, data apparet, nam in ea dicebat: *Cum ad castiganda peccata nostra factum sit, quod Civitas Ravennatensis in manus infamæ nationis Longobardorum devenit, & Exarchus in Venetia, ut ad nos relatum est, agat, conjunge vires tuas, & cum eo pugna pro nobis, ut Ravenna Imperio, & Dominorum nostrorum Leonis & Constantini Ditioni restituatur.* Econtra Euty chius Patricius Eynuchus olim Ravennæ Exarchus ab Imperatore Neapolim missus fidissimorum aliquem Romam deferre mandavit epistolam, qua Papa & Primores Civitatis necari juebantur; re autem mature detecta Romani ipsum Patricium, nisi Papa fortissi-

Sæcul. VIII.  
A. C. 730.

B 5 me

(\*) Pentapolis erat Ditiõ urbis cujusdam in Hetruria, nunc excisæ. Locus hodie *Straccia sappe* nominatur.

Sæcul. VIII. me obstitisset, vita privassent. Igitur  
A. C. 730. Eutychem Patricium cuncti, summi, in-  
 fimique, anathematizare, & jurejurando se obstringere, mortem potius subituros, quam passuros, ut Papa, qui Fidem tanto zelo defenderet, læderetur. Tum Eutychem Patricius missis ad Regem Luitprandum & Duces Longobardorum Legatis magnam pecuniæ vim pollicebatur, si a Papa deficerent; sed illi cognita fraude, cum haud sincere amicitiam peteret, Romanis juncti ad Papæ defensionem ejusdem juramenti fide se obligarunt. Gregorius vero, Deum Ecclesiæ suæ propitium redditurus, elemosynas largiter spargebat, jejunabat, orabat, & inter supplicationes publicas quotidie procedebat. Porro quamvis magis a Deo quam ab hominibus speraret auxilium, populo tamen pro impensa sibi charitate gratias agebat, hortabatur leniter Fideles, ut in via virtutum proficerent, fidem servarent, nec tamen amorem & fidelitatem Romano Imperio debitam abjicerent. His non obstantibus Græci Gregorium II. Papam accusarunt, quod Italiam Imperatoris potestati subtraxisset; sed in hac causa illi potius Scriptores fidem merentur, qui in Italia res gestas scripserunt.

## §. VII.

Sæcul. VIII.

A. C. 731.

*Gregorii II. Obitus. Gregorius III.  
Papa.*

Cum ex Epistola Synodica novi Pa- *Anast. in*  
 triarchæ Constantinopolitani Ana- *Greg.*  
 stasii ad se missa Gregorius II. Papa co-  
 gnosceret, quod Iconoclastarum Hære- *Theoph. an.*  
 sim tueretur, credidit, tanquam Fratrem *13. p. 343.*  
 non esse recipiendum, sed data Epistola  
 monuit, nisi ad Fidem Catholicam redi-  
 ret, Sacerdotio esse privandum. His  
 Gregorius Papa haud diu superstes fuit,  
 sepultusque est ad S. Petrum decimo  
 tertio Febr. Indictione decima quarta  
 anno 731. postquam S. Sedem tenuisset  
 annis quindecim octo mensibus & toti-  
 dem diebus. Cum quinquies ordinas-  
 set, & quater mense Sept. Presbyteros  
 triginta quinque, Diaconos quatuor &  
 centum quinquaginta Episcopos creas-  
 set. Calicem aureum gemmis distin-  
 ctum triginta librarum, & Patenam au-  
 ream viginti octo & mediæ librarum ob-  
 tulit. Clero & Monasteriis bis mille  
 centum & sexaginta solidos aureos, &  
 S. Petri luminaribus bis mille donavit. *Mart. Rom.*  
 Ecclesia eundem Sanctis adscriptum de- *13. Febr.*  
 cimo tertio Februarii colit. (\*)

Seden-

(\*) Der Herr Mosheim in seiner Vorrede zu  
 der

Sæcul. VIII.  
A. C. 731.

Sedente Gregorio II. Iis inter Episcopos Forijuliensem & Gradensem orta est.

der Geschichte der Schlangenbrüder hat sich nicht geschämmt hinzuschreiben auf der 25. Seite. Es sind wenige Päbste unter denen, die von dem achten Jahrhundert an regieret haben, die nur einen mittelmäßigen Ruhm der Gerechtigkeit, der Vernunft, und der Leutseligkeit hinterlassen haben, viele die nur wegen ihrer Laster, wegen ihrer Gewaltthätigkeit, Grausamkeit, Geldsucht, Arglistigkeit berühmt geworden sind, fast keine, die sich ein Gewissen gemacht haben ihre Gewalt durch verbotene Mittel und durch Sünden zu steigern, und die aufrichtigsten und frömmsten Seelen zu kränken, die in ihre hochmüthigen Absichten nicht willigen wolten.

In dieser Vorrede entschuldiget der Herr Mosheim alle Keger, denn er ist der Meynung, es sey bis diese Stunde noch keine unpartheyische Kegergeschichte an das Licht getreten; Nun aber frage ich einen Wahrheit liebenden Leser, ob man nicht durch diese wenige Worte des Herrn Mosheim überführet werde, daß er schlechterdinges unfähig sey eine unpartheyische Schrift entweder von der wahren oder falschen Religion zu verfassen. Die Gebrechen einiger Päbste müssen immer zur Probe dienen, daß die Römische die wahre Kirche Christi nicht gewesen. Es können aber die Herren Protestanten nichts schwächers wider uns

est. Cum Serenus Episcopus Forijulien-<sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 sis quædam jura Donato Patriarchæ Gra-<sup>A. C. 731.</sup>  
 densi

uns bringen; denn so wäre auch die lasterhafte Synagoge die wahre Kirche im alten Testamente nicht gewesen. Und wenn auch die Laster, Gewaltthätigkeit, Grausamkeit, Herrschsucht, Arglistigkeit eben so groß gewesen wären als es Herr Mosheim hinschreibet, so folget nichts destoweniger nichts anders daraus, als daß die Christenheit, und sonderlich die grossen Fürsten sich diesem Uebel durch alle erdenkliche Mittel hätten widersetzen sollen, nicht aber daß man die Gemeinschaft mit der Römischen Kirche gar aufheben, und also die von Jesu Christo gestiftete und gebotene Einigkeit habe zerreißen können. Es ist auch augenscheinlich, daß der Herr Mosheim alles dasjenige, was die Päbste gethan, wann sie die ihnen von Jesu Christo als Nachfolgern Petri verliehene Gewalt in der ganzen Kirche ausgeübet, für Hochmuth und Ungerechtigkeit ausgiebt; Allein dieser Fehler rühret daher, weil der Herr Mosheim von Göttingen den wahren Sinn der heiligen Schrift und der Worte Jesu Christi, die er zum heil. Peter gesprochen, ob sie schon klar sind, nicht versteht, ja auch ohne Zeugniß und Auslegung der wahren Kirche nicht verstehen kann.

Ferner, saget er auf seiner 23. Seite von den Fraticellern, daß sie wider die Römischen Päbste behauptet, daß kein Römischer Bischoff bemächtiget wäre die göttlichen Gesetze

Sæcul. VIII. denſi competentia uſurpaſſet, Grego-  
 A. C. 731. rius II. Papa data ad eum anno 729. E-  
*Ep. 14. to. 6.* piſtola, in memoriam reducit, quod ipſi  
*Conc. p. 1450* Pallium a Rege Longobardorum roga-  
 tus conceſſiſſet, ea conditione, ut jure,  
 quod uſque ad illud tempus poſſediſſet,  
 contentus viveret, & nullius alterius  
 privilegia aut prærogativam læderet.  
 Jubet

Sätze und Ordnungen umzuſtoſſen, und je-  
 manden von der Erfüllung derſelben loszu-  
 ſprechen. Wir können uns nicht enthalten  
 dieſe Lehre zu loben ic. Wer hat jemal ge-  
 lehret, daß ein Pabſt Gottes Gebot umſtoſſen  
 könne? Allein der Herr Mosheim will einmal zu  
 der Zahl derjenigen gehören, welche mit offenba-  
 ren Unwahrheiten und Hirngeſpinſten wider die  
 Römische Kirche aufgezo-gen kommen. Endlich  
 heißet es öfters in dieſer Vorrede: Die ſoge-  
 nannten heiligen Väter, der Bonifacius ein  
 sogenannter Apoſtel Deutschlands. So  
 ſchreiben nur erbitterte Tadler, welche das Vor-  
 urtheil blind gemacht. Und man könnte hier et-  
 was ähnliches mit gutem Grunde ſagen, was der  
 Herr Mosheim aus Unwiſſenheit deſſen, was die  
 Katholicken eigentlich lehren, in einem andern  
 Orte hi-nſchreibet, nämlich, hat der Heiland zu-  
 gelassen, daß Bonifacius, der vom Römischen  
 Stuhle geſchicket war, ein sogenannter, das iſt,  
 ein falſcher Apoſtel geweſen, ſo hat er dem gan-  
 zen Deutschland eine ſchlechte Gnade erwieſen,  
 wenn ſolches aus dem Heidenthum nur in die Kir-  
 che des Antichriſtes iſt überſeket worden.

Jubet ergo, ut intra hos limites se con-  
 tineat, & in Ecclesiis Ditioni Longobar-  
 dorum subjectis nihil moliatur. *Sæcul. VIII. A.C. 731.*  
 Scriptit *ep. 15. p. 1451*  
 quoque Papa Donato Patriarchæ Gra-  
 denſi, Episcopis, Duci Marcello populis-  
 que Venetiæ & Istriæ, monens, ut ca-  
 verent, ne Longobardi arrepta tricarum  
 istarum inter Episcopos exortarum occa-  
 sione, in terras ipsorum irrumperent.  
 Serenus erat Patriarcha Aquilejensis Fo-  
 rojulii residens, & Donatus itidem Pa-  
 triarcha Aquilejensis Gradæ in Ditione  
 Romanorum residens. *Paul. Diac. VI. Hist. c. 45*  
 Sereno defuncto Calistus Vir nobilis Archidiaconus Tar-  
 visinus Patriarcha Aquilejensis Foraju-  
 lii favente Rege Luitprando ordinatur.  
 Is, cum Forijulii proprius illius Civita-  
 tis Episcopus esset, tunc nomine Ama-  
 tor, & Patriarchæ Longobardis subdito  
 Forijulii residere non liceret, quia ab in-  
 cursionibus Romanorum tutus non fuis-  
 set, sed Cormonæ habitare cogeretur, ge-  
 neris nobilitate inflatus ferre non potuit,  
 quod Episcopus ille cum Duce & Lon-  
 gobardis Forijulii, quod erat hujus Pro-  
 vinciæ Caput, resideret, dum interim i-  
 pse inter plebejos habitaret. *ibid. c. 51.*  
 Nulli ergo labori pepercit, donec, Amatore ex Ur-  
 be Forijulienſi expulſo, ipse ejecti do-  
 mum occupasset. *Episcopi Aquilejenses.*  
 Pemmo illo tempore Dux Forojulii hac re offensus, & multis  
 Longobardorum operam jungentibus,  
 Calli-



Sæcul. VIII.  
A. C. 731.

Callistum Patriarcham captum, in Arcem, quæ Poncia dicebatur, in littore maris positam, abstraxit, inde Episcopum in mare præcipitaturus. Satis tamen ei fuit Antistitem in carcerem detrudere, in quo eidem præter panem nihil præbebatur. Verum hoc factò ad Regem Luitprandum delato, is ira commotus Ducatum Pemmoni ereptum Rachi filio tradidit.

Anast. in  
Greg. III.

Gregorio II. Papa fati functo Sacra Sedes non ultra triginta quinque dies vacavit; nam dum ejus exequiæ celebrantur, omnis populus Romanus subito veluti cœlitus admonitus in Gregorium Presbyterum manus injicit, & Papam esse compellit. Erat Gregorius natione Syrus, Vir lenissimus, sapientissimus, & in Sacris Scripturis apprime eruditus. Psalmos ex memoria recitabat, eorundem sensum occultum scrutari solitus. Linguæ Græcæ & Latinæ gnarus, facundia pollebat, ita ut, cum ad populum diceret, dubium crearet, moveretne magis, an delectaret. Pauperes diligebat, de cetero omnium virtutum exempla singulis præbens. Sacram Sedem annis decem & novem mensibus tenuit, ab antiquis Scriptoribus sæpe Gregorius junior dictus; quem etiam aliqui, præsertim Græci, ab Antecessore suo imperite non discernunt.

§. VIII.

## §. VIII.

Sæcul. VIII.

A. C. 731.

*Epistola prima ad Imperatorem.*

Gregorius III. Papa sub initium Pontificatus sui datis ad Leonem Imperatorem litteris respondit ad Epistolam vel sibi, vel Gregorio II. datam. Has litteras Papa exorditur in hunc modum: *Accepimus Indictione decima quarta Regni tui, Epistolam Majestatis tuæ ejusdem Indictionis, item Indictionis quinta decimæ anni primi Regni tui & sequentium usque ad annum nonum.* Leone imperante Indictio decima quarta incidit in annum 731. sed Indictio decima quinta & novem sequentes, ad decem annos priores Regni ejus referendæ sunt, quo tempore Catholicus esse videbatur. Tum Papa prosequitur: *Epistolas tuas & Antecessorum tuorum in Ecclesia S. Petri diligenter conservamus. Quia in his Epistolis Sigillo tuo munitis, quibus manu tua cinnabari usus subscripsisti, Sanctam Fidem nostram in tota sua puritate confiteris, & anathematizas omnem hominem, quicumque Patrum Decretis adversari ausus fuerit. Quid igitur jam animum tuum in transversum agit, postquam annis decem recto tramite incessisti? Toto hoc elapso tempore sacrarum Imaginum mentionem nunquam fecisti. Nunc vero dicis, eas Idolorum*

*Anast. to. 7.  
Conc. p. 7.*

p. 10.

*Hist. Eccles. Tom. X.*

C

vices

Sæcul. VIII. *vices subire, & qui eas adorant, esse Ido-*  
A. C. 731. *lolatras. Imagines penitus aboleri ju-*  
*bes, & Dei iudicium non times, dum tam*  
*Fidelibus quam Infidelibus scandalum po-*  
*nis. Quare, cum Imperator, & Chri-*  
*stiani orbis Caput sis, in re tanta viros*  
*doctos & in rebus ad Religionem spectan-*  
*tibus versatissimos non interrogasti? Hi*  
*causam te docuissent, cur Deus prohibue-*  
*rit, ne opera hominum adorentur. Pa-*  
*tres, Magistri nostri, & sex Concilia*  
*hanc ad nos Traditionem transmiserunt,*  
*& tu illorum testimonium non recipis.*  
*Quia vir rudis es & illiberalis, cogimur*  
*tibi scribere sermones duros, at bono sen-*  
*su & Dei veritate plenos. Obtestamur*  
*te, ut dimissa præsumptione & superbia*  
*tua nos humili mente audias.*

*Olim ita locutus est Deus propter Ido-*  
*lolatras, qui in terra Promissionis habi-*  
*tantes adorabant animalia aurea, argen-*  
*tea, & lignea, aves quoque & omne ge-*  
*nus creaturarum, dicentes: Hi sunt Dii*  
*nostri, & alii non dantur. Ideo Deus*  
*prohibuit construi opera hominum, noxia,*  
*abominanda, & a Dæmone inventa.*  
*Sunt tamen aliqua, quæ Deus ad honorem*  
*suum fieri præcepit, nimirum, Legis*  
*Tabulas, Arcam, & Cherubinos. An*  
*non hæc quoque erant opera hominum? In*  
*novissimis temporibus misit Deus Filium*  
*suum, qui carnem assumpsit, quem Jero-*  
*soly-*

*solymitæ conspexerunt, qui multos Actus* Sæcul. VIII.  
A. C. 731.  
*sensibiles exercuit. Itaque, qui ipsum vi-*  
*derant, talem, qualem viderant, pinxe-*  
*runt. Pari modo depicti fuere S. Jaco-*  
*bis Domini nostri secundum carnem pro-*  
*pinquus, S. Stephanus & alii Martyres.*  
*His Imaginibus in universum orbem de-*  
*latis, cessarunt homines adorare Dæmo-*  
*nem, ut eas adorarent, non Cultu Latriæ,*  
*sed Cultu Relativo. Et infra: Quare* Imaginum  
Cultus.  
*Patrem Jesu Christi non pingimus? Quia*  
*nimirum Natura Divina representari*  
*non potest. Si Patrem vidissemus, pari*  
*modo ac Filium pingeremus; tu vero dice-*  
*res, esse Idolum. Insimulas nos, quod a-*  
*doremus saxa, muros, & assères. Non*  
*ita est, Auguste! sed in memoriam redu-*  
*cimus illos homines, quorum imagines*  
*sunt, & nomina gerunt, tum mentes no-*  
*stras humi repentes atque rudes ad cæle-*  
*stia elevamus. Non Icones, Deos esse,*  
*consuemus, absit horrendum malum! nec*  
*in imaginibus spem nostram ponimus. Si*  
*autem sit Imago Domini Nostri, dici-*  
*mus: Domine Jesu Christe, Fili Dei!*  
*adjuva nos! salva nos! si sit Imago S.*  
*Matris ejus, dicimus: S. Mater Dei, ora*  
*Filium tuum, ut salvet animas nostras!*  
*si sit Imago Martyris, S. Stephane! qui*  
*pro Jesu Christo sanguinem tuum fudi-*  
*sti, qui apud eum plurimum potes, tan-*  
C 2 quam

Sæcul. VIII. *quam Princeps Martyrum, ora pro no-*  
 A. C. 731. *bis!*

p. 115.

Iterum inferius: *Potuissemus, pote-*  
*state & Auctoritate S. Petri præditi*  
*pœnas in te statuere, sed cum te ipsum a-*  
*nathematizaveris, anathema sis. Rursus:*  
*Præstaret, te Hæreticum nominari, quam*  
*persecutorem, & Sacrarum Imaginum*  
*destructorem; sed tibi Hæretici nomen*  
*non convenit, quia veritatem oppugnas*  
*luce meridiana clariores. Habebas ma-*  
*ximæ Auctoritatis Episcopum, Fratrem*  
*nostrum, Dominum Germanum, quem te*  
*tanquam patrem consulere oportebat, Vi-*  
*rum tam in causis Ecclesiæ quam Reipu-*  
*blicæ versatissimum hodie annos vitæ nu-*  
*merantem octoginta quinque, cujus opera*  
*tot antea Patriarchæ, tot Imperatores usi*  
*fuerant. Hunc tu expulisti, ut impium*  
*& insanum istum Ephesinum Apſimari*  
*filium audires, aliosque hujus farinae bo-*  
*mines, qualis est Theodosius Episcopus E-*  
*phesinus, inter Iconoclastarum princi-*  
*pes non postremus. Deinde Papa refert*  
*exemplum Constantini Pogonati, qui*  
*sextam Synodum convocari jussit, & se*  
*ipsum primo submittens Patrum Decre-*  
*ta observari mandavit. Et subjungit:*  
*Hinc vides, Princeps! non Imperatorum*  
*esse, sed Episcoporum Res Ecclesiasticas*  
*definire. Sicut igitur Episcopi, Eccle-*  
*sias præfecti, a negotiis Reipublicæ absti-*  
*nent,*

*Conc. 7. Aſi.*  
*I. p. 55.*  
*Sup. Lib.*  
*XL. c. II.*  
*27. p. 18.*

no-  
ote-  
diti  
a a-  
us:  
am  
um  
nen  
mas  
ma-  
rem  
n te  
Vi-  
ipu-  
nu-  
era  
usi  
ium  
ari  
bo-  
E-  
nci-  
fert  
qui  
c se  
re-  
git:  
rum  
icas  
cle-  
sti-  
ent,

nent, ita etiam Imperatores *Quæstiones* Sæcul. VIII.  
Ecclesiæ non decidant, sed ea, quæ ad se A. C. 731.  
pertinent, administrant. Verum Imperatorum Episcoporumque concordia, utraque potestas in unam coalescere videtur, quando in pace & charitate omnia tractantur.

In litteris tuis petiisti a nobis, ut Concilium Oecumenicum convocaremus; id nobis jam non videtur. Tu es ille, qui Imagines persequeris. Contine te, & quiesce; Mundus erit in pace, & cessabunt scandala. Ponamus enim congregari Episcoporum Concilium, at nullum habemus Imperatorem, qui pro more confideat, quem pietatis amantem venerari possimus, qui bene docentes remunerari, & a veritate aberrantes cohibere velit. Tu enim ipse es rebellis Ecclesiæ filius, & Barbarorum more Fideles persequeris. An non vides, tua in Sacras Imagines molimina seditionem esse, & turpis superbiæ fructum? Tranquilla pace fruebantur Ecclesiæ, cum tu pugnas excitasti, gravissimo omnium scandalo. Insanire desine, tunc nullo Concilio erit opus. Deinde narrat Pontifex, totum Occidentem ab ipso defecisse, ex quo allatæ essent litteræ, quod ad delendas Imagines vim adhibuisset. Imagines tuæ, inquit, direptæ, in lutum projectæ, & pedibus plebis calcatæ fuere. Longobardi,

S. Gregor. III  
Epistola ad  
Leonem III.

p. 19.  
Sup. n. 6.

Sæcul. VIII.  
A. C. 731.

*Sarmatæ, aliique populi, qui ex Septentrione advenerunt, in Decapolim, miseram profecto te Imperatore Provinciam! irruerunt, Ravennam Metropolim occuparunt, & ejecto tuo Magistratu, suos Præfectos immiserunt. Jam vero Civitatibus nobis proximis & Urbi eandem sortem minitantur. Roma perit, nec tu ille es, qui servare eam possis. Hos fructus nobiles tua insipientia peperit.*

*Terrere nos vis, dicens, mittam Romam, qui Imaginem S. Petri comminuant, jubebo, Gregorium Papam vinculis onustum abstrahi, sicut olim Constantius † Martinum. Scito Papas esse Conciliatores pacis, ejusdemque inter Orientem & Occidentem Arbitros. Non est, cur minas tuas timeamus; si enim in locum non plus una Leuca Roma, qua Campaniam spectat, distantem recedimus, securi sumus. Decapolis, cujus hic Gregorius III. meminit, illa ipsa est Provincia, quæ frequentius Pentapolis nominabatur, & cujus Caput Ravenna habebatur.*

§. IX.

*Secunda Papæ ad Imperatorem  
Epistola.*

to. 7. Conc.  
p. 23.

*Cum Leo Imperator iterum Papæ scripsisset, is respondit in hunc modum:  
Litteras tuas Rufinus Legatus tuus mihi red-*

reddidit. Jamque usque adeo crescit do-  
 lor meus, ut ipsam vitam fastidiam, cum  
 videam, quod non modo præteritorum te  
 nulla pænitentia subeat, sed pervicacius  
 in errore perseveres. Dicis: Imperium  
 teneo, & Sacerdotium. Id quidem An-  
 tecessores tui de se dicere potuissent, illi  
 nimirum, qui fundarunt, & ornarunt  
 Ecclesias, easdemque juncta cum Episco-  
 pis opera contra Adversarios defende-  
 runt. Tu vero quas invenisti magnifice  
 ornatas, spoliasti & deformasti. Quid  
 sunt Ecclesiæ nostræ, nisi opera hominum?  
 lapides, ligna, calx, arenatum? At Ima-  
 ginibus Historiisque Jesu Christi, &  
 Sanctorum ornantur. Ad Ecclesias sic  
 decorandas Christiani bonorum suorum  
 partem impendunt, patres matresve par-  
 vulos suos neo-baptizatos brachiis com-  
 plexi, iisdem, aut juvenibus, aut Genti-  
 libus conversis digito illas monstrant, hac  
 industria ad pietatem formant, eorum  
 intellectum & cor ad Deum elevant. Ab  
 his tu simplicem plebis animum abstraxi-  
 sti, ut otio torperet, jamque cantilenas,  
 lyræ tibiæque sonos, aliasque id genus nu-  
 gas, in locum Gratiarum actionis & Lau-  
 dis Divinæ substituiisti.

Postea Papa Imperii & Sacerdotii di-  
 versitatem ostendit his verbis: Quem-  
 admodum Episcopo non licet res Palatii  
 curare, & Dignitates hujus mundi con-  
 ferre,

Sæcul. VIII.

A. C. 731.

p. 26.

p. 26.



Sæcul. VIII. *ferre, ita Imperatoris non est in officia*  
A. C. 731. *Ecclesiæ se ingerere, Clericos eligere, con-*  
*secrare aut administrare Sacramenta vel*  
*etiam eorum sine Presbytero participem*  
*fieri. Quilibet ex nobis intra Vocatio-*  
 1. Cor. 7. 20. *nis suæ limites se contineat. Intelligis*  
*jam, Auguste! quid discriminis inter E-*  
*piscopos Principesque sit? Si quis in te*  
*peccavit, ædes ejus Fisco tuo adscribis,*  
*rebus omnibus spoliās, in exilium mittis,*  
*aut etiam capite plectis. Non ita Epis-*  
*copi. Verum si quis peccavit, & pecca-*  
*tum suum confitetur, non strangulant*  
*reum, aut caput amputant, sed collo ejus*  
*Evangelium & Crucem injiciunt, in lo-*  
*co, quo thesaurus Ecclesiæ asservatur, aut*  
*in Diaconia, aut in Secretario Catechu-*  
*menorum incarcerant, jejunia, vigiliās,*  
*preces injungunt, postquam deinde satis*  
*castigatum & emendatum censent, ei Sa-*  
*crum Corpus & pretiosum sanguinem Do-*  
*mini Nostri tribuunt, atque jam in ocu-*  
*lis Dei purum & immaculatum dimit-*  
*tunt.*

Sane Papa hic, sicut & Antecessor  
 suus, ad Imperatorem in hunc sensum  
 scribens longissime aberat a proposito  
 eidem potestatem sæcularem auferen-  
 di. (\*)

Tum

---

(\*) Hæc Fleurii Reflexio ad ea, quæ ætate  
 S. Gregorii VII. facta sunt, collineare viden-  
 tur.

Tum Papa prosequitur: *Tyranni Saecul. VIII.*  
*dem tuam per manus militum patimur, A. C. 731.*  
*& armis corporis nos persequeris. Nos an. p. 27.*  
*vero nudi sumus, & exermes. Non ha-*  
*bemus terrestres exercitus, sed invocamus*  
*Jesum Christum, creaturarum omnium Epistola ad*  
*Caput, omnibus Caelestium Virtutum Imperato-*  
*exercitibus superiorem, ut te Satanae rem.*  
*tradat ad salvandam animam tuam secun-*  
*dum Apostoli dictum. Et infra: Quæris,*  
*cur in sex Conciliis nulla de Imaginibus*  
*mentio fiat. Respondeo, in illis nec de*  
*eo mentionem occurrere, an expediat ho-*  
*mini manducare panem & aquam potare.*  
*Accepimus Imagines antiqua Traditio-*  
*ne, ipsi Episcopi Imagines ad Concilia*  
*detulerunt, & nemo illorum, qui Deum*  
*amabant, sine Imaginibus iter faciebat.*

Gregorius III. Papa hanc & priorem *Anast. in*  
 Epistolam ferendam tradidit Georgio *Greg. III.*  
 Presbytero, qui usque adeo timido ani-  
 mo fuit, ut Epistolam Imperatori redde-  
 re non auderet. Ergo Romam reverti-  
 tur, & culpam coram Pontifice fatetur.  
 Is vehementissime increpitum coacto  
 Concilio deponere volebat; verum ro-  
 gantibus Episcopis satis ei fuit Geor-  
 gio pœnitentiam injungere, quem dein-  
 de cum iisdem Epistolis deferendis re-  
 misit. Imperator his litteris in Sicilia  
 retineri jussis, noluit concedere, ut Geor-  
 gius eas ad se Constantinopolim affer-

C s ret,

Sæcul. VIII. ret, & virum anno prope integro in exi-  
 A. C. 732. lio degere coegit.

## §. X.

*S. Bonifacius Archiepiscopus.*

*vit. Wilib. c. 8. per Othl. lib. I. c. 26.* In Germania S. Bonifacius, cum Grego-  
 rii III. Papæ Ordinationem percep-  
 sisset, missis Legatis cum Epistolis eidem  
 obedientiam promisit, prædicationis suæ  
 rationem reddidit, & quarumdam quæ-  
 stionum difficultatum resolutionem petiit.  
 Papa non modo Sacræ Sedis Commu-  
 nionem & amicitiam, quam exoptabat,  
 sed etiam Pallium & Archiepiscopi  
 Titulum concessit. Missis quoque Re-  
 liquiis, aliisque donis Epistolam ad eun-  
 dem dedit, in qua, postquam explicavit  
 quantam ei Dignitatem tribuat, subjun-  
 git: *Et quia nobis affirmasti, per Dei*  
*to. 6. Conc. p. 1486. epist. I.* *Gratiam, tantam populorum multitudi-*  
*nem fuisse conversam, ut iis erudiendis so-*  
*lus non sufficias, jubemus, ut juxta Ca-*  
*nones & Sacræ Sedis Auctoritatem in*  
*illis locis, in quibus numerus Fidelium*  
*auctus est, Episcopos constituas; id tamen*  
*semper cavendum memento, ne Episcopa-*  
*tus vilescat, & in consecratione unius*  
*c. 9.* *duo tresve alii semper advocentur. Quod*  
*spectat ad illum Presbyterum, qui anno*  
*superiore ad nos venit, & a criminibus*  
*juis absolutum fuisse se dicit, scito, ipsum*  
*nullam apud nos Confessionem deposuisse,*  
*nec*

*nec ullam accepisse absolutionem. So-Sæcul. VIII.  
lummodo Epistolam commendatitiam ad A. C. 732.  
Filiū nostrum Carolum a nobis petiit.*

*Qui a Gentilibus baptizati fuere, i- c. 1.  
terum in Nomine Sanctæ Trinitatis ba-  
ptizentur. Item baptizati a Presbytero,  
qui Jovi sacrificat, & immolatas carnes c. 4.  
comedit, aut qui ipse dubitat, an rite ba-  
ptizati fuerint. Credere debemus, Ba-  
ptismum ab his Gentilibus secundum  
formam ab Ecclesia præscriptam non  
fuisse collatum, nam Quæstiones, a S. Bo-  
nifacio missas, unde casuum proposito-  
rum circumstantias scire possemus, non  
habemus.*

*Prosequitur Papa: Offerre possumus  
pro mortuis, vere Christianis, sed non  
pro impiis. Consanguinitatis gradus in c. 3.  
contractu Matrimonii usque ad septimam  
generationem observentur. Et si potes  
abstrabe viros a quartis nuptiis. Nimi-  
rum, Ecclesia Nuptias quartas nec appro- c. 6.  
bat, nec absolute damnat. Parricidæ  
Communionem solum in morte & per mo-  
dum Viatici accipiant, toto vitæ suæ tem-  
pore a carne & vino abstineant, diebus  
Lunæ, Martis & Veneris jejunent. Qui c. 7.  
mancipia sua Infidelibus venundant, ea  
Diis in Sacrificium immolaturis, eandem  
penitentiam ac homicidæ subire co-  
gantur.*

*Nes-*

Sæcul. VIII.

A. C. 732.

c. 2.

*Neophytos tuos, quantum poteris, co-  
bibeas, ne carnes equinas (\*) comedant,  
ipsisque pœnitentiam injunges.*

Constat, hanc Epistolam ante annum  
732. non fuisse scriptam.

vit. to. 4. Act.

SS. Be. p.

674. ep. 52.

inter Bonif.

c. 8.

Mart. Rom.

33. Aug.

qui ad audiendam alicujus Fidelis con-  
fessionem vocatus, nemini in itinere col-  
loquebatur, aut non nisi sermonem de  
rebus spiritualibus afferebat. Obiit an-  
no 747. ejusque memoriam decimo ter-  
tio Augusti Ecclesia colit.

## §. XI.

(\*) Non facile dispicitur, cur S. Pontifex ex  
animalibus immundis a solius equi carnibus ab-  
stinere Germanos jubeat, nisi forte quod equos  
Diis suis sacrificare solerent.

## §. XI.

*Ecclesia Anglicana.*

Sæcul. VIII.

A. C. 732.

Sancto Bonifacio continuum litterarum commercium intercedebat cum Ecclesia Anglicana, unde non exigua ei veniebant auxilia. Hujus vero Ecclesiæ statum sub finem Historiæ Bedanæ anno 731. legimus. Brithualdus Archiepiscopus Cantuariensis eodem anno nono Januarii, cum Sedem tenuisset annis triginta septem, sex mensibus, & diebus quatuordecim, fatis functus, Successorem habuit Tatuinum, in Provincia Merciorum natum, antea in Monasterio Briodunensi Presbyterum. Consecratus est Cantuariæ a Daniele Vintoniensi, Adulpho Rofensi aliisque duobus Episcopis Die Dominico decimo Junii eodem anno 731. Vir erat Tatuinus singulari prudentia spectabilis, & in Sacris Litteris eruditissimus. Pallium accepit a Gregorio III. & beato sine quievit trigesimo Sept. anno 734. postquam Ecclesiam Cantuariensem tribus annis rexisset. Successor ejus fuit Northelmus Monachus & Presbyter Londinensis.

Adulphus Episcopus Rofensis in hac Sede successerat Thomæ anno septingentesimo vigesimo sexto fatis functo. Is erat doctissimus Theodori Archiepiscopi, & Adriani Abbatis Discipulus. Linguam Græ-

*Bed. V. Hist.**c. ult. to. 3.**Act. SS. Be.*

Sæcul. VIII. Græcam & Latinam æque ac patriam cal-  
 lebat, Scientiis Ecclesiasticis profanisque  
 A. C. 732. instructissimus. In Nordhumbria Wil-  
 fridus II. Sedem Eboracensem tenebat  
 Successor Joannis, qui S. Wilfrido suc-  
 cesserat. Joannes S. Theodori Cantua-  
 riensis Discipulus, Monachus Strenes-  
 halensis in Episcopatu Hagustaldensi suc-  
 cessit Eataæ, qui ibi S. Wilfrido expulso  
 Episcopus fuerat constitutus. Idem  
 Joannes anno septingentesimo quarto  
 Sup. L. XL. successit etiam Bosæ, post S. Wilfridum  
 §. 3. pulsum in Sedem Eboracensem intruso,  
 eamque lubens Viro Sancto postliminio  
 restituto reddidit. S. Wilfrido post hæc  
 vita functo, anno septingentesimo nono  
 succedens Joannes Ecclesiæ Eboracensis  
 Regimen denuo resumpsit. Tandem e-  
 lapsis exinde annis octo senectute fra-  
 ctus Wilfrido, ex Clericis suis Presby-  
 tero in Sedem suam Episcopo ordinato,  
 in Monasterium Beverlejense a se funda-  
 tum recessit. Ibi exactis annis quatuor  
 Mart. Rom. post annum septingentesimum vigesi-  
 3. Maj. Lib. mum secundum septimo Maji, quo die  
 V. hist. c. 2. 3. Ecclesia ejusdem memoriam celebrat,  
 4. 5. 6. bona morte quievit. Beda de eo plura  
 & eximia narrat prodigia, & testatum  
 facit, illo tempore, quo suam Historiam  
 clausit, nempe anno septingentesimo tri-  
 gesimo primo, Institutum Monasticum  
 favente pace in Provincia Nordhumbriæ  
 eximie

eximie floruisse. Hanc Historiam con-  
tinuare Beda defuncto nemini curæ fuit,  
hinc per aliquot Sæcula accuratam re-  
rum in Anglia gestarum scientiam non  
habemus.

Wilfridus junior Monachus fuerat  
in Abbatia Streneshalensi, deinde Vice-  
dominus & Abbas in Ecclesia Eboracen-  
si. Imo illi Ecclesiæ, sicut & aliis ple-  
risque Ecclesiis Cathedralibus in Anglia,  
Monachi ministrasse creduntur. Eccle-  
siam suam Wilfridus vasis pretiosis or-  
navit, populum suum maxima cura eru-  
divit, & pauperes paterne fovit. Post-  
quam Ecclesiam Eboracensem annis  
quindecim scilicet ab anno 717. usque  
ad annum 732. rexisset, voluit Egber-  
tum sibi in Successorem ordinari; ipse  
vero recessit, ut in oratione & quiete re-  
liquum vitæ tempus transigeret.

Egbertus Regis Egberti tunc in Nord-  
humbria regnantis frater, a puero in Mo-  
nasterio educatus, Ecclesiæ Eboracensi  
annis triginta quatuor præfuit, cui, pau-  
lo post quam Episcopatum suscepisset,  
id est, anno septingentesimo trigesimo  
quinto Gregorius III. Papa Pallium mi-  
sit, eumque Dignitate Archiepiscopali  
decoravit. Ipse itaque secundus fuit  
Archiepiscopus Eboracensis, nam Pauli-  
nus primus habetur.

Sæcul. VIII.  
A.C. 732.

Poet. an. to. 4  
Act. SS. Bø.  
p. 5. 560.

p. 561.



Sæcul. VIII.  
A.C. 732.

§. XII.

*Epistola Bedæ ad Egbertum.*

Venerabilis Beda tunc temporis adhuc-  
dum in vivis agens ad Egbertum E-  
piscopum dedit Epistolam, monumen-  
tum luculentissimum, quam arcto amici-  
tiæ vinculo huic Præsuli jungeretur, &  
quanto ardore Ecclesiæ utilitatem quæ-  
reret. Anno præcedente, nimirum ex  
quo Egbertus Episcopus erat, secundo,  
cum Beda per aliquot dies in Monaste-  
rio Eboracensi commoratus juniores e-  
rudiisset, rogaverat eum Episcopus, ut  
anno sequente rediret; sed prohibitus  
gravi morbo, quo ipsum extinctum fuis-  
se, verisimile est, scripsit Epistolam in  
hunc modum: *Inprimis, inquit, vana  
devites colloquia, sed meditationi Sacra-  
rum Scripturarum, præcipue Epistola-  
rum S. Pauli ad Timotheum & Titum,  
Libri Pastoralis S. Gregorii, ejusque Ho-  
miliarum in Evangelia incumbas. Sicut  
enim nefas est, vasa sacra ad usus profa-  
nos adhibere, ita etiam nullatenus decet  
Episcopum, servitio Altaris consecratum,  
si ex Ecclesia exierit, in sermones vel  
actus Sacerdotali eminentia indignos ef-  
fundi. Semper tecum habeas viros, qui  
te juvare consilio, & in periculis labendi  
confirmare possint exemplo. Noli quo-  
rundam Episcoporum mores imitari, qui  
vita*

p. 46. edit.  
Paris. 1666.

vita socios sibi deligunt voluptati & gula deditos, & quorum scurrilitate abstrahuntur a rebus seriis. Et infra:

Cum Diœcesis tuæ tanta sit amplitudo, ut eam solus peragrare, etiam integri anni spatio, non possis, necessarium est, ut in singulis pagis Presbyteros constituas, qui plebem doceant, & Sacramenta præbeant. Hi præcipue curam gerant, ut omnes & singuli Symbolum & Orationem Dominicam memoria teneant, & illi, qui linguæ Latine ignari sunt, lingua vulgari sive Laici, sive Clerici, sive Monachi sint, Symbolum cum Oratione Dominica decantent. Ideo quippe ea in Linguam Anglicam transtuli, ut quibusdam Presbyteris rudibus servirem. Ajunt, in montibus inaccessibilibus multos esse nostræ nationis colonos, qui ibi nunquam viderunt Episcopum Officio Sacerdotali fungentem, aut quemquam alium rudes informantem, & nihilominus ab omnibus illis pagis exigere, ut pensiones Episcopo debitas solvant. Ita vero non modo secundum Domini Nostri præceptum gratis non prædicamus, sed etiam pecuniam, quam peti vetuit, non prædicantes accipimus. Et iterum:

Melius remedium ad reparandas Ecclesias nostras non occurrit, quam si augeatur Episcoporum numerus. Quis enim non videat, utilius esse cunctis, intolerabile

Hist. Eccles. Tom. X.

D

bile

Sæcul. VIII.  
A.C. 732.

p. 50.

Epistola  
V. Bedæ.

Sæcul. VIII. *bile onus in multos dividere, quam unum*  
 A. C. 732. *solum obrui? Hinc S. Papa Gregorius*  
 p. 55. *scribens ad Augustinum Archiepiscopum*  
 Greg. XII. *jusserat institui Episcopos duodecim, quo-*  
 epist. 15. *rum Metropolita esset Eboracensis. Cu-*  
 Sup. Lib. *perem, ut Rege consentiente duodecim Ca-*  
 XXXVI. *tbedras Episcopales erigeres (tunc autem*  
 §. 37. *rerum potiebatur Ceolulfus Rex Nord-*  
*humbriæ piissimus) prosequitur Beda:*  
*Scio Regum priorum partim negligentia,*  
*partim prodigalitate factum, quod vix*  
*locum vacantem ad erigendam Catbedram*  
*Episcopalem invenire sit; hinc utilissi-*  
*imum fore existimo, si quædam Monaste-*  
*ria in Episcopatus mutarentur, atque ut*  
*querelis Abbatis Monachorumque aliquid*  
*daretur, concedendum ipsis, ut ex gre-*  
*mio suo Episcopum eligant, aut ex Re-*  
*gione novæ Diæcesis assumatur. Id eo*  
*facilius effectui dari poterit, quod pluri-*  
*mæ sint congregationes, quæ immerito*  
*admodum Monasterii nomen gerunt, e-*  
*tiam si in iis Disciplina Regulæ Monasti-*  
*cæ neutiquam observetur.*

p. 59. *Non ignoras, quosdam homines nullo*  
*ordine initiatos, sine ulla experientia, &*  
*nullo vitæ Monasticæ amore captos, Re-*  
*gibus pecuniam dare, & agros coemere*  
*sub prætextu fundandi Monasteria, quo-*  
*rum fundorum proprietatem Regiis Lit-*  
*teris, Episcoporum consensu confirmatis,*  
*hæredibus suis asserunt. In illis locis li-*  
*centia*

centia & libertate vivendi gaudent, uxores liberosque retinent, & sub inani Monachorum nomine congregant homines, qui, quia refractarii, ex aliis Monasteriis ejeti fuerunt, item quos seducere poterunt, quos per Provincias vagabundos reperiunt, aut Vasallos suos, quibus habitum dant, & petunt, ut obedientiam sibi promittant. Hi uno abusu Abbates, Provinciarum Rectores, & Regis Praefectos esse se jactant, & uxoribus suis similia Monasteria feminarum regenda committunt. Maximo igitur Rei Christianae Bono tot Ditiones in usum meliorem converterentur, occupatae ab hominibus, scandalum creantibus, aut saltem tum Ecclesiae quam Reipublicae inutilibus. Ob-  
 servavimus, quod jam in Saeculo superiore in Hispania ejusmodi pseudo-Monasteria reperire fuerit, de quorum per-  
 versitate S. Fructuosus querebatur.

Dicit Beda, hunc abusum in Anglia ab annis ferme triginta irreplisse, tum monita ad Egbertum Episcopum cumulans hortatur, ut populum in Fide & moribus erudiri sollicito curet. Doceat, quam salutaris sit frequens Communio, secundum consuetudinem quae in Italia, in Gallia, Africa, Graecia & in toto Oriente invaluerat. In nostra vero Provincia, inquit, tantum absunt ab hac Devotione Laici ferme omnes, ut

D 2

omnium

Saecul. VIII.

A. C. 732.

V. Beda.

p. 57.

Sup. Lib. XXXIX.

§ 23.  
Reg. S.  
Fruct.

c. 1. 2.

p. 60.

p. 64.

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

*omnium piissimi non nisi in Nativitate Domini, in Epiphania & in Paschate Communionem accipiant, etiamsi plurimi utriusque sexus & omnis ætatis dentur, qui vitam immaculatam ducunt, & nulla re obstante singulis diebus Dominicis, in Festis Apostolorum & Martyrum, ad S. Communionem accedere possent, sicut vidisti optimos Christianos Romæ accedere. Conjuges quoque Sacram mensam frequentarent, si quis esset, qui eos continentia modum doceret. Id est, modum illum, quem ipsos servare oportet, quando Sacramenta recipiunt.*

## §. XIII.

*Venerabilis Beda.*

**B**eda in lucem editus anno sexcentesimo septuagesimo tertio in extremo Nordhumbriæ angulo, qua Scotiam contingit & Ditione duplicis Monasterii Viremuthani & Jaroviensis\*, septennis huic Monasterio alumnus traditur, & primo Viremuthi sub Disciplina S. Benedicti Biscopii, qui illud fundaverat, fuit, postea vero Jarovii sub Regimine S. Ceolfredi, ubi totum vitæ exegit tempus, quo Sanctus Vir nihil antiquius habuit, quam Scientiarum & Sacræ Scripturæ studium (istud enim dimisit nunquam) non ideo tamen ab exercitationibus Monasticis, id est, a Psalmodia & manuum labore, cujus

\* Aliter Gir-  
vvensis.  
Aët. SS.  
Ben. to. 4.  
p. 534. 539.

cujus rei Disciplina in illo monasterio <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 maxime vigeat, aberat. Monasterio <sup>A. C. 732.</sup>  
 nunquam pedem efferens linguam lati-  
 nam, græcam, latinos versus scribere,  
 Astronomiam, Arithmeticam, atque ut  
 verbo dicam omnia, cunctas Scientias  
 didicit. In explicatione Scripturæ Sa-  
 cræ præter alios Magistrum habuit Trum-  
 bertum Monachum S. Ceaddæ Episcopi  
 Lichtfeldensis Discipulum. Cantum au-  
 tem doctus est a Joanne Archidiacono  
 Romano, quem S. Benedictus Biscopius  
 in Angliam adduxerat. Beda præterea <sup>Sup. lib. IV.</sup>  
 Magistros auscultavit S. Theodori Can- <sup>hist. c. 3.</sup>  
 tuariensis & Adriani Abbatis Discipulos.

Annos natus novemdecim Diaconus  
 ordinatus est, quamvis Canones ad re-  
 ciendum hunc ordinem annum vigesi-  
 mum quintum præscriberent. At non  
 nunquam merita supplebant, quod æta-  
 ti deerat. Anno vitæ trigesimo Jesu  
 Christi 702. Sacerdotio initiatur. Utrum-  
 que Ordinem suscepit e manibus Joannis  
 tunc Episcopi Hagulstadenensis, deinde ad  
 Sedem Eboracensem translatus, & jubente  
 S. Ceolfrido Abbate suo, quippe Mona-  
 sterium Jaroviense ad Dioccesin Hagul- <sup>Act. p. 555.</sup>  
 stadenensem pertinebat. Ex quo Beda  
 Presbyter ordinatus fuit, in Sacram Scri-  
 pturam commentari cœpit. Primo ex-  
 plicationem brevem in Epistolam S. Jo-  
 annis scripsit, & deinde explicationem

Sæcul. VIII. Apocalypsis Huberto, cognomento Eusebio, postea Abbati suo dedicatam. Tum commentatus est in Acta Apostolorum, eum laborem sibi præcipiente Acca, qui ab anno septingentesimo nono Episcopus Hagulstadenfis fuit. Explicavit deinde Evangelium S. Lucæ, tum triginta Quæstiones in Libros Regum rogatus a Northelmo, tunc Presbytero Londinensi & postea Archiepiscopo Cantuariensi. Tum edidit Commentarium in Samuelem, cujus librum tertium S. Ceolfrido Abbate jam defuncto, id est, anno septingentesimo decimo sexto scribere cœpit. Explanationem in S. Marcum diu, postquam in S. Lucam commentatus fuerat, vulgavit. Commentatus est etiam in S. Paulum, & in Epistolas Canonicas non sine magno labore ex operibus S. Augustini collectas. Librum de sex Mundi ætatibus anno nono Leonis Isauri Imperatoris, id est, anno septingentesimo vigesimo quarto absolvit.

## §. XIV.

*Alia Bedæ Opera.*

Bedæ Opus de Mundi ætatibus quibusdam imperitis admodum offensionem fuit, usque adeo ut Hæreticum appellerent, & in eum cantilenas cuderent; dicentes, ipsum negare, quod Dominus Noster in Sexta Mundi ætate fuerit incarnatus.

carnatus. Hujus vero calumniæ occasio fuit, quod Beda cum S. Hieronymo Hebraicum Authenticum versioni septuaginta interpretum præponens pauciores quam quinquies mille annos usque ad Adventum Jesu Christi numeraret. Itaque illa ipsa erat Judæorum obiectio, abhinc annis ferme quadraginta a S. Juliano Toletano refutata. Non æquo animo tulit Beda, quod Hæresis accusaretur, data epistola apologetica ad Monachum, cui nomen Plegowinus, suam Chronologiam doctissime defendit, demonstrans, nullum esse fundamentum opinionis vulgaris, tunc a rudibus agitari solitæ, Mundum sexies mille annis duraturum, & absolute nulla conjectura inquirendum esse in tempus Mundi novissimum, quod Deus hominibus voluisset esse occultum.

Præterea Beda vitam scripsit quinque Abbatum, qui hucusque duobus Monasteriis Viremuthano & Jaroviensi præfuerant, nimirum S. Benedicti Biscopii, S. Ceolfridi, Esterwini, Sigefridi, & Wiberberti, quæ etiam istorum Monasteriorum historiam complectitur. Tandem scripsit Historiam Ecclesiasticam Anglorum, quæ inter postrema ipsius Opera numeratur. Ad hanc Historiam scribendam eum plurimum excitavit, adjuvitque Albinus Abbas S. Theodori & Adriani Dis-

D 4                      cipulus;

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

Sup. l. XI.

S. 40.

S. 94.

p. 12.

p. 17.

ep. ad Reg.  
Ceol.





gorii desinit. Quatuor Libri sequentes <sup>Sæcul. VIII.</sup> omnia ea continent, quæ exinde & præ- <sup>A. C. 732.</sup> fertim ad Religionem pertinentia contigerunt; unde, quæ videbantur notatu præ ceteris digna retuli.

Beda Historiæ suæ addidit Epitomen seu Compendium, in quo factis celebrioribus dies & annus apponuntur. Id quoque ad annum septingentesimum trigesimum primum finitur, nam quæ sequuntur, posteriore tempore adjecta fuere. Tandem subjunxit Beda vitæ suæ Epitomen & Catalogum Operum suorum, quos ad hunc usque annum ætatis suæ quinquagesimum nonum in lucem ediderat. Sunt vero Explanations in plerosque Scripturæ Libros ex Operibus Patrum maxime S. Augustini excerptæ. Tractatus de Die bis sexto & æquinoctio ad dilucidandam Quæstionem de Rationario Diei Paschalis, cui ob errorem Britonum & Hibernorum impensius studuerat. Martyrologium, aliquorum Sanctorum vitæ, ejus Historia, & quædam alia minora opuscula, quorum pleraque habemus. Verum aliqua etiam, quæ ipsius non sunt, ei tribuuntur. S. Beda vitam ducens innocentissimam omnes vires ad utilitatem Ecclesiæ impendit, semper legit, semper scripsit, vel alios viva voce docuit. Obiit in suo Monasterio Jaroviensi anno septingentesimo

Sæcul. VIII. trigesimo quinto annos natus sexaginta  
A. C. 732. tres. Unus Discipulorum ejus, Cuthbertus, post hæc Abbas Jaroviensis, mortis ipsius adjuncta litteris mandavit in hunc ferme modum:

Diebus ferme quindecim ante Festum Paschæ, Beda ægrius spirare cœpit, quamvis nullum sentiret dolorem. Reliquum exinde tempus usque ad Ascensionem Domini, diem 26. Maji, in gaudio & Gratiarum actione transegit, singulis diebus & præstitutis horis Discipulos suos docens, & reliquo tempore atque etiam maxima noctis parte Psalmos decantans. Sæpe etiam Textus ex Scriptura sibi ægro-  
 tus. tantum convenientes recitabat, & aliquot ejusmodi Textus in carmen lingua Anglica coegerat. Illis diebus ultimas corporis animique vires duobus impendebat opusculis, nimirum versioni Evangelii S. Joannis in linguam Anglicam, & excerptis textibus ex Libro S. Isidori Hispalensis notis conscripto. Quædam ipso Ascensionis Festo adhuc dictavit, & tempore, quo Nona recitari solet, ad Cuthbertum ait: *habeo quædam pretiosa in arcula mea, piper, sudariola, odores. Vade cito, & adduc ad me Monasterii nostri Presbyteros, ut eos munusculis, quæ dedit mihi Dominus, decessurus donem.* Tunc singulos affatus rogavit, ut Missas celebrarent, & preces pro se persolverent,

rent, moxque in pavimento cellulae suae Sæcul. VIII.  
 prostratus, cantans *Gloria Patri* &c. A. C. 732.  
 plenus fiducia & gaudio animam efflavit. V. Bedæ obi-  
 Ecclesia Bedæ memoriam vigesimo septi- tus.  
 mo Maji honorat, & veteres eidem San- Martyr. R.  
 cti nomen tribuere non hæsitant. Po- 27. Maji.  
 sterioribus temporibus datus est ei titu- V. Mabill.  
 lus: *Venerabilis Beda*, cujus rei alia ra- to. 3. Acta  
 tio reddi non potest, quam quod Sancti p. 554. n. 25.  
 Monachi hoc nomine nuncuparentur. Bonif. ep. 8.  
 Opera ipsius illa ætate maximi æstima- 85. q. 150.  
 bantur, quæ ipso defuncto S. Bonifacius  
 ab Egberto Archiepiscopo Eboracensi, ab  
 Huberto, & deinde a Cuthberto Abbate  
 Jaroviensi sibi transmitti petiit, quod ea  
 sibi, Prædicationis officio incumbenti,  
 utilissima fore crederet.

Ceolulfus Rex Nordhumbriæ, cui Be- Act. SS.  
 da Historiam suam inscripserat, perlecto Ben. to. 4.  
 hoc Opere eo pietatis ardore accensus p. 174.  
 est, ut relicto Regno, cui annis novem  
 præfuerat, Institutum Monasticum in  
 Monasterio Lindisfarnensi sub Disciplina  
 S. Cuthberti amplexus fuerit. Illi Mo-  
 nasterio quidem opes suas contulit & ali-  
 quot fundos donavit, sed non nihil Dis-  
 ciplinae rigorem laxavit, quippe ipsius  
 tempore permissum fuit Monachis vi-  
 num bibere & cerevisiam, cum prius nil  
 nisi aquam, vel lac biberent. Cum an-  
 nis viginti duobus in Monasterio versa-  
 tus fuisset, obiisse creditur anno septin-  
 gente-

Sæcul. VIII. gentesimo sexagesimo decimo quinto Ja-  
 A. C. 732. nuarii, atque inter Sanctos colitur.

## §. XV.

*Saraceni in Francia.*

Ecclesia Franciæ illa tempestate incur-  
 sionibus Arabum Musulmannorum  
 vexabatur; illi enim subacta Hispania,  
 eas quoque Ditiones, quæ ultra Pyrenæos  
 montes positæ Gothis parebant, in suam  
 potestatem redegerunt. Jam anno se-  
 ptingentesimo decimo nono, æra septin-  
 gentesima quinquagesima septima, Du-  
 ce Zama, qui imperata sibi a Califa Yezi-  
 do faciebat, Narbonam ad deditionem  
 compulerunt, imposueruntque præsi-  
 dium. Anno deinde septingentesimo  
 vigesimo primo, ex quo Hispaniam inva-  
 serant, nono, cum Zama Tolosam obsi-  
 deret, opem attulit Odo Dux Aquitaniæ,  
 Zama interfectus, & Musulmanni profligati.  
 Rediere tamen anno septingentesimo  
 vigesimo quinto Abderama Duce,  
 nec non favere fortuna initiis videbatur,  
 quippe aliquas urbes occupare licuit; at  
 secundo a Francis sub Odonis auspiciis  
 pulsi sunt atque uno die trecenta septua-  
 ginta quinque millia Saracenorum cæsa  
 in epistola Odonis, ad Gregorium II. Pa-  
 pam data, legebantur. Addebat, non  
 plures quam mille quingentos Francos in  
 illo prælio fuisse desideratos. Item se  
 militi-

*Isid. Hisp.*

*p. 15.*

*Roder. hist.*

*Arab. c. 2.*

*Annal. Na-*

*zar. & Pa-*

*tan. Coint.*

*an. 725. n. 8.*

*Anast. in*

*Greg. II.*

*V. Coint. an.*

*725. n. 16.*

militibus suis distribuiffe tres spongi-  
 anno præcedente a Papa sibi missas, qua-  
 les ad mensam Pontificis adhiberi sole-  
 bant, easdam in exiguas particulas, cum  
 jam jam dimicandum esset, fuisse divisas,  
 & nullum eorum, qui tali particula mu-  
 nitus fuisset, vulnus accepisse. Nobil-  
 issima Victoria reportata, statim urbes Al-  
 biga, Rutena, Castra, iterum potestati  
 Saracenorum ereptæ; hoc enim nomine  
 Scriptores nostri Musulmannos sapissime  
 appellant. Aliqui tamen eosdem no-  
 minant Vandalos, nempe, quod Vanda-  
 lis successissent. Inde etiam est, quod  
 ipsi Arabes Hispaniam vocent Andalu-  
 fiam, quod nomen uni Provinciarum,  
 quas ultimo occuparunt, inha sit.

Saraceni anno septingentesimo trige-  
 simo secundo extremos conatus, ut Fran-  
 cia potirentur, adhibuerunt eodem Ab-  
 derama Duce, qui anno superiore Arela-  
 tem ceperat. Bipertito agmine iter in-  
 gressi, una via Rhodani & Araris ripas  
 secuti usque ad Icaunam amnem pene-  
 trant, Avenionem, Vivarionem, Valen-  
 tiam occupant, Monasterium Griniacen-  
 se incendunt, alterum in Insula Barbaræ  
 & magnum Ecclesiarum numerum va-  
 stant, moxque Lugdunum, Matisconem,  
 Cabillonum, Vesuntionem, Belnam, No-  
 viodunum, Antissiodorum capiunt, tan-  
 demque Senones obsident. At Ecce!

Ebbo

Sæcul. VIII.  
 A. C. 732.

Rod. Arab.  
 c. 13.  
 Coint. an.  
 732. an. 21.  
 22. &c.

Ado. Chr. an.  
 Sup. l. XIX.  
 §. 39.

Sæcul. VIII. Ebbo Episcopus cum suis fortiter ex ur-  
 A. C. 732. be erumpens Infideles repellit, & in fu-  
 vit. S. Ebb. gam vertit. Ita hostium vis ex hac par-  
 to. 3. Aft. B. te fracta est. S. Ebbo olim Monachus  
 Chr. S. Pet. deinde Abbas S. Petri Vivi Gerico  
 Vivi Spicil. in Episcopatu Senonensi successerat, &  
 to. 2. p. 707. tandem Saracenorum Victor gloriosus  
 in solitudinem secessit, ubi sanctissime  
 diem clausit.

Ann. ap.  
 Coint. an.  
 731.

Altera via ad lævum Abderama Aquita-  
 niam invasit, sciens divisos esse Franco-  
 rum animos. Quippe anno 731. Caro-  
 lus Martellus moverat in Odonem, qui im-  
 mensam ipsius potentiam impatientius fe-  
 rebat. Ergo Abderama anno sequente in

Rod. Arab.  
 c. 12. Coint.  
 an. 732. n. 48.  
 v. Valef. no-  
 tit Gall.  
 Saraceni in  
 Gallia.

hanc Provinciam jam prius devastatam su-  
 perata Garumna exercitum ducit, urbes  
 Benearniam, quæ hodie Lascara dicitur,  
 Uliarum & Augustam Aufconum ever-  
 tit. Aturum deinde, Aquas Tarbellicas,  
 Lapurdam, quæ Bajona esse creditur, ad  
 deditioem compellit, Regiones Conve-  
 nensem & Bigerrensem depopulatur. Nec  
 sine causa Abderama omnes nervos eo  
 intendebat, ut hanc Regionem & fauces  
 Pyrenæas in potestate sua haberet; ita  
 enim Francos cohibere poterat, ne opem  
 ferrent reliquis Gothorum, qui in Astu-  
 riæ montibus securi Saracenorum jugum  
 subire detrectabant. Oppressa Vasconia  
 Saraceni Burdegalam capiunt, & Eccle-  
 siis flammam subjiciunt. Garumnam &

Contin. 22.  
 Fred. c. 108.

Dura-

Duranium amnes trajiciunt, atque occurrentem sibi Odonem prælio vincunt. Jamque nemine obistente Aginnam, Petrocorium, Xantones & etiam Pictavium in potestatem redigunt, ubi S. Hilarii Ecclesiam igne vastarunt, eandem sortem Ecclesiæ S. Martini Turonensis, quamprimum illuc pervenissent, minitantes.

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

Tunc demum Carolus Martellus privatarum rixarum rationibus amore Republicæ suppressis in auxilium Odonis properavit. Junctis deinde viribus, conspectum Saracenorum subierunt. Septem dies velitationibus absumpti; at tandem ventum est ad pugnam decretoriam, qua Franci nobiliore fortioreque animo Arabes primo impetu prostraverunt. Ipse Abderama cæsus, ingruente autem nocte Carolus revocari suos jussit. Altero die Franci videntes castra Saracenorum intacta, & erecta tabernacula, mittunt exploratores; an essent, qui prælium restaurare auderent. Verum illi paulo post reversi nullum se hostem conspexisse nunciarunt. Nihilominus veriti insidias non miserunt, qui fugientium tergis instarent, satisque victoribus fuit, Arabum castra diripere. Hæc pugna celebratissima in Pictaviensibus agris mense Octobri anno septingentesimo trigesimo. Scriptores aliqui, etiam ex veteribus, eandem esse victoriam ac illam, quam

*Ifid. Pac. p.*  
*18. Roder.*  
*Arab. c. II.*

*Paul. Diac.*  
*VI. c. 46.*



Sæcul. VIII. quam Odo solus contra Saracenos anno  
 A. C. 732. septingentesimo vigesimo quinto repor-  
 Ann. Fuld. tavit, rerum historicarum imperiti cen-  
 ann. 725. sores putarunt.

## §. XVI.

*Martyres in Persecutione Saraceno-  
rum.*

Itaque Caroli victoria Saracenorum ar-  
 mis metas posuit, & ipse brevi tempo-  
 re omnes urbes, quas in Galliis invase-  
 rant, in fidem denuo recepit. At diu  
 Cont. 2. Fre- superfuere tristia Mahometani furoris ve-  
 deg. c. 109. stigia. Episcoporum series in plerisque  
 Coint. an. Civitatibus, quas obtinuerant, ignora-  
 732. tur, & in indicibus, qui supersunt a fine  
 Sæculi VII. usque ad nonum sæpe locus  
 vacuus apparet. Multi inter has Sara-  
 cenorum incursiones Martyrum numero  
 adscribi meruerunt. S. Theofredus Ab-  
 Ben. tom. 3. bas Carmeriensis seu *Monasterii* apud Ve-  
 p. 482. launos in Diocesi Aniciensi, Saracenis  
 undique in has Provincias irrumpenti-  
 bus, Monachis suis prædixit, hostes ela-  
 pso biduo adfuturos, præcepitque, ut in  
 proximas Silvas cum rebus omnibus,  
 quas asportare possent, se reciperent.  
 Ipse vero Ecclesiam sibi commissam in  
 adversis non esse derelinquendam existi-  
 mans, cum solus in Monasterio reman-  
 sisset, ante portam Ecclesiæ S. Petro de-  
 dicatæ prostratus in terram, orans per-  
 severa-

severavit. Adveniunt Barbari, & ringerentes, quod Monachi cum rebus pretiosissimis aufugissent, ex Abbate extorquere volebant, ut indicium faceret, quo illi recessissent; illum vero suos prode-  
re recusantem verberibus contundunt, & semimortuum relinquunt. Sequenti die, quem Barbari Sacrum habebant, cum ad Sacrificium omnia pararentur, S. Abbas collectis omnibus corporis viribus, adre-  
pit & immanem impietatem exprobrat. Obstupefcunt illi, nam mortuum credebant, & ille, qui Sacris præerat, non exiguum lapidem in Sanctum Virum conjiciens lethali vulnere affecit. Postquam funesta Saracenorum cohors recessisset, advenientes Monachi, jacentem humi inveniunt, & ad Cellulam suam deportant, ubi post sex septemve dies beata morte quievit. S. Theofredus inter Martyres honoratur decimo nono Octobris, & plebi notissimus est sub nomine vulgari S. *Chafre*. Ejus passio ad annum septingentesimum vigesimum octavum refertur, cum Saraceni in Gal-  
liis grassari inciperent.

At S. Porcarium Abbatem Lerinensem anno 731. passum fuisse credunt. Is hujus nominis secundus fuit, primus enim, cujus S. Cæsarius Arelatensis erat Discipulus, ante annos ducentos inter vivos degebat. Secundus igitur Porcarium

Sæcul. VIII.

A. C. 732.

Martyr.  
Ben.

Añ. SS.

Ben. to. p.

525. Sur.

12. Aug.

Sup. lib.

XXXI.

S. 2.

Hist. Eccles. Tom. X.

E

rius

Sæcul. VIII. rius quingentos aut plures regebat Mo-  
 A. C. 732. nachos, cum Saraceni, capta Arelate, &  
 Chronol. Li- Francis prælio victis in vicinam Provin-  
 rin. ciam effundi cœperunt. Revelatione  
 cœlitus accepta de futura Monasterii sui  
 pernicie Vir Sanctus Discipuloshorta-  
 batur, ut in tormentis constantes essent.  
 Ecclesiæ suæ Reliquias abscondit, infan-  
 tes sexdecim, & Monachos juvenes tri-  
 ginta sex navigio impositos in Italiam  
 misit. Tum videns duos ex Monachis  
 suis Columbum & Eleutherium pericu-  
 lo percussos præ reliquis pavere, eos in  
 specu prope maris littus delitescere iussit.  
 Ceteri cum Abbate remanserunt, seque  
 continuis ad Deum precibus & Sancta  
 Communione ad mortem subeundam  
 præpararunt.

Saraceni, cum nemo adesset, qui In-  
 sulam defenderet, facile ea potiuntur,  
 quingentos Monachos capiunt, senes se-  
 orsim collocant, & omnium primos tor-  
 quent, ut timorem incuterent ceteris,  
 quos simul magnis pollicitationibus ad  
 amplectendum suam Religionem invita-  
 bant. Cum vero constantes in Fide ex-  
 perirentur, omnes diverso mortis genere  
 afficiunt, servatis solum quatuor juveni-  
 bus præstanti corpore, quos in navi sui  
 Præfecti incluserunt. Columbus, dam-  
 nato timore, e specu progressus illico  
 cum ceteris interficitur. Tandem Sa-  
 raceni

raceni destructis Ecclesiis & omnibus <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 ædificiis solo æquatis navem conscen- <sup>A. C. 732.</sup>  
 dunt, & Aptam in Provincia appellunt, <sup>S. Porcarius</sup>  
 ubi quatuor captivi arrepta e navigio <sup>cum quin-</sup>  
 descendendi occasione per Silvas fugien- <sup>gentis Mo-</sup>  
 tes, noctu ad oppidum, quod lingua vul- <sup>nachis.</sup>  
 gari *Arluc* dicitur, perveniunt, ibique  
 lembum nacti & Lerinum revecti, mane  
 Fratrum suorum corpora vita privata &  
 flagris concisa invenerunt. Cum ad fu-  
 nestum spectaculum ejularent, clamore  
 excitatus Eleutherius e caverna egredi-  
 tur, tum, fletus miscentes, occisorum  
 membra sepelierunt. Exinde in Italiam  
 profecti, illos, quos S. Porcarius illo mi-  
 serat, revocarunt, & Lerinum reversi  
 Monasterium, cujus Regimen suscepit  
 Eleutherius, repararunt. Ecclesia ho-  
 rum Martyrum scilicet S. Porcarii & quin-  
 gentorum Monachorum Die passionis eo-  
 rum duodecimo Augusti celebrat. Sunt,  
 quis hos Martyres in alia Saracenorum  
 incursione anno septingentesimo triges-  
 imo nono passos fuisse affirmant.

In territorio Viennensi multi Mona-  
 chi & alii incolæ a Saracenis occisi, mul-  
 ti in fugam versi, Ecclesiæ incensæ, de-  
 vastati agri, quod S. Clarus Abbas, circa  
 annum sexcentessimum sexagesimum, id  
 est, annis septuaginta, priusquam conti-  
 git, vaticinatus fuerat. Luxovii Melli-  
 nus seu Miletus Abbas cum suis Mona-  
 chis

*Martyr. R.*  
*12. Aug.*  
*Coint. an.*  
*739. n. 14.*

*to. 2. Abt.*  
*SS. Ben.*  
*p. 485.*

*Hæsten. Cat.*  
*Abb. Luxov.*

**Sæcul. VIII.** chis trucidatus est, Monasterium annis  
**A. C. 732.** quindecim sine Abbate fuit, & Psalmo-

**Chron. Besa.** dia perpetua cessavit. Monasterium Be-  
**to. I. Spicil.** sanum quoque incursione anni septingen-  
**p. 527.** tesimi trigesimi primi eversum. Ad San-  
 ctum Sejenum prope Noviodunum duo

**Act. SS.** Observandum, quod cuncti hi Martyres  
**Ben. to. 3.** uno mense, & eadem, quam tenebant  
**p. 527.** Barbari, via necati fuerint, unde omnes  
 eodem etiam anno & eadem incursione  
 passi creduntur.

## §. XVII.

*Alii in Francia Sancti.*

**vit. S.** Saraceni a Carolo Martello mense Octo-  
**Pard. to. 3.** bri anno septingentesimo trigesimo  
**p. 578.** secundo prælio devicti in reditu maxi-  
 mam, quocunque deveniebant, cladem  
 ferebant, Christianos, quotquot occurre-  
 bant, trucidantes, Monasteria & loca Sa-  
 cra flammis vastantes. S. Pardulfus seu  
*Pardoux* illa tempestate Abbas erat Ga-  
 racti, oppido Marchiæ Gallicæ princeps;  
 cumque fama prævolans nunciaret, Sa-  
 racenos ad suum quoque Monasterium  
 venturos, dixit Monachis suis: *Filii  
 mei! si ad portam bujus Monasterii vene-  
 rint, date eis, quod bibant, & comedant,  
 quia sine dubio ab itinere fessi admodum  
 erunt.*

erunt, Monachi vehiculum tectum pararunt, & S. Patrem compellere volebant, ut insideret, eum ad loca deserta, ubi sine periculo esset, deducturi; at Vir Sanctus edixit, se, quoad viveret, Monasterio pedem non elaturum. Omnibus deinde Monachis fuga sibi consulentibus, ipse solus animo intrepido remansit. Unicus famulus in latebris se abscondit, ut videret, quid esset eventurum. Is cum explorasset, de longe venire Saracenos, cucurrit ad S. Abbatem dicens: *Pater mi! ne cesses orare, jam appropinquant janua.* Tunc S. Pardulfus in terram se demisit orans in hunc modum: *dissipa, Domine! nationem istam, quae bellum amat, & probibe, ne hodie januam hujus Monasterii intret.* Illi repente sistunt gradum, & lingua patria diu collocuti, innoxii transeunt. Ceterum S. Pardulfus tam vitae rigore, quam prodigiis clarus, primus hujus Monasterii Garactensis Abbas, exinde post annos quinque anno septingentesimo trigesimo septimo, die Dominico, sexto Octobris migravit in Caelum. Reliquiae ejus in Prioratu Arnacano prope Pompedorium Castrum aservantur.

Eodem anno septingentesimo trigesimo secundo reportata de Saracenis victoria redux Carolus Martellus S. Eucherium Episcopum Aurelianensem in ex-

E 3

lium

Saecul. VIII.  
A. C. 732.

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

lium misisse creditur. S. Eucherius in ipsa Civitate Aurelianensi natus, Gemetici Monachus fuerat, inde invitatus, ut Saravario Patruo suo succederet, evocatus. Jam annis sexdecim huic Diœcesi maximo animarum emolumento præerat, omnibus carissimus, cum æmulorum quorundam invidia eum cum omnibus suis propinquis Carolo suspectum reddidit. Hujus rei causa zelus fuisse creditur, quo S. Eucherius obsistebat Carolo, Bona Ecclesiæ usurpanti, eaque sæpe Laicis donanti, ut haberet, unde multorum bellorum, præsertim contra Saracenos, sumptus acciperet. Quidquid vero de eo sit, Carolus Aurelianum divertens Parisios rediturus, Eucherium Episcopum sequi se jussit deinde Coloniam cum omnibus suis cognatis misit. S. Episcopus in prosperis adversisque Gratias Deo agens, Episcoporum, Clericorum, populique animos sibi usque adeo conciliavit, ut eorum facultates, quasi propriæ essent, in sua potestate haberet. Re ad Carolum delata, vereri Princeps cœpit, ne factionem in se concitaret, ideoque Sanctum Episcopum in Regionem Hasbanicæ, quæ hodie Haspengavensium dicitur, clam migrare jussit, additis mandatis, ut eum Dux Robertus custodiret. Verum Eucherius hunc quoque Ducem brevi tempore amicissimum habuit, ejusque  
Bona,

Bona, ut lubebat, in pauperes aut in Monachos dispensabat. Ab eodem licentiam obtinuit recipiendi se in Monasterium Sarcingense fundatum a S. Trudone seu S. *Tron*, ante annos ferme triginta quinque defuncto. Ibi S. Eucherius vitam sancte finivit anno exilii sui sexto, Incarnationis septingentesimo trigesimo octavo, vigesimo Februarii, quo Ecclesia ejus memoriam colit.

Sæcul. VIII.  
A. C. 732

*Martyr. R.*  
20. Febr.

§. XVIII.

*Concilium Romanum pro Imaginibus.*

Cum Imperator epistolas Gregorii III. Papæ accipere non fuisset dignatus, ejusque Legatum Georgium Presbyterum pessime habuisset, permotus est Pontifex, ut anno circiter septingentesimo trigesimo secundo Romæ in Ecclesia S. Petri Concilium convocaret. Adfuere Episcopi nonaginta & unus, quorum præcipui erant Antonius Archiepiscopus Gradenfis, & Joannes Ravennas, Presbyteris quoque, Diaconis, Clericis Romanæ Ecclesiæ omnibus, Nobilibus, Consulibus & reliquo populo præsentibus. In eo Concilio decretum, ut quicumque Ecclesiæ Consuetudinem circa Venerationem Sacrarum Imaginum contemneret, quicumque easdem tolleret, destrueret, pro-

*Anast. in  
Greg. III.  
Sup. §. 8. 9.*



Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

fanaret, aut verbis contumeliosis proscinderet, Corpore & Sanguine Jesu Christi privaretur, & a Communione Ecclesiæ separaretur. Huic Decreto omnes qui in Concilio aderant solemniter subscripserunt, idemque Auctoritate præcedentium Pontificum confirmatum est. Deinde Papa Constantinum Defensorem ad Imperatorem misit cum epistolis, quæ etiam sicut priores detentæ sunt, & Constantinus arcto carceri traditus, in quo postquam integro ferme anno fuisset, vi e sinu ejus raptæ sunt litteræ, ipse autem minis perterritus & male mulctatus dimittitur. Tunc missæ sunt epistolæ totius Italiæ nomine, quibus rogabatur Imperator Imagines restituere; sed has quoque e manibus illorum, qui deferebant, Sergius Patricius Siciliæ Prætor eripuit, ipsos octo mensibus retinuit & tandem satis irrisos expulit. Non destitit Papa hac super re Constantinopolim scribere, & epistolas Petro Defensori ferendas tradidit; frustra vero omnia.

## §. XIX.

*Persecutio Imaginum causa.*

*Theoph. an.*  
*16. p. 343.* Imo Leo Imperator vehementi ira incensus in Papam & Italiam refractariam, valida classe adornata, bellum movit; sed classis ista, in mari Adriatico naufragium passa, periit. Hinc increvit

vit furor; tributum in singula capita Calabriae & Siciliae tertia parte auxit, Sæcul. VIII.  
A. C. 732.  
jussitque omnes infantes mares, qui nascebantur, conscribi. In terris sibi subjectis in ærarium suum conferri jussit redditus Patrimoniorum S. Petri Romani, qui Summam trium Talentorum aureorum & dimidii conficiebant, id est, ducenties mille viginti quatuor libras. In Oriente Imperator Sacrarum Imaginum Cultores atrociter persequatur; eos tamen necari volebat, ne Martyrum numero adscriberentur & honorarentur, sed satis ipsi erat ut plurimum carcere detentos & deinde cruciatos relegare. Nihilominus Græcis curæ fuit nomina illorum, qui in hac persecutione Iconoclastarum passi sunt, litteris mandare, & pleraque in Menologio Basilii Imperatoris legimus. Sed sæpe non facile divinare est, sub quo Imperatore passi fuerint, nam quandoque Scriptores Leonem Isaurum to. 6. Ital.  
Sac. to. Ca-  
nis.  
a Leone Armeno, qui in Sæculo sequente imperavit, non discernunt.

## §. XX.

*S. Joannes Damascenus pro Imaginibus calamum stringit.*

**M**agnus in Oriente Imaginum Defensor, Imperatoris potentiae non subiectus versabatur, S. Joannes Damasci

E 5 nobili

Sæcul. VIII. nobili familia & Christiana natus; cujus  
A.C 732. Parens, pietatis amantissimus cum in

*Sinax. Ba.* omnibus Scientiis profanis, Sacrisque  
*fil. ap. Boll.* litteris erudiri curavit. Grandior fa-  
*6. Maji. p.* ctus, relictis paternis divitiis, Monaste-  
109. rium cum Cosmo postea Episcopo Maju-  
mensi ingressus est. Ambo igitur Mo-  
nachis S. Sabæ prope Jerosolymam ad-  
scripti sunt, & Joannes reliquum vitæ

v. Gr.

tempus ibi transegit. Cognomenta na-  
ctus est *Mansur*, & *Chrysoorroas*, quorum  
primum significat *Redemptus*, & secun-  
dum, *flumen aureum*, estque nomen  
Græcum amnis, qui Damascum alluit.

*Theoph. an.*  
*2. Copr. p.*  
350.

Hoc nomen Joanni sua peperit eloquen-  
tia, at nobis frequentius sub nomine Jo-  
annis Damasceni venit.

Is cum Leonis Imperatoris Manda-  
tum anno septingentesimo trigesimo con-  
tra Sacras Imagines editum percepisset,  
constituit earum defensionem in se susci-  
pere, scripsitque Sermonem primum,  
quem sequentibus verbis, humilitatem  
Monasticæ Professionis summo opere de-  
centibus, exorditur: *Meum potius fuisset cognoscentis tenuitatem meam perpetuum servare silentium, & id unice curare, ut peccata mea Deo confiterer. Verum videns Ecclesiam, fundatam supra Petram, valida tempestate jactari, credidi, non esse silendi tempus, quia Deum magis quam Imperatorem timeo. Imo hoc ipsum*

ipsum ad scribendum me movet, quod <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
*sciam, Auctoritatem Principum ad sedu- A.C. 732.  
*cendos subditos maximi ponderis esse.*  
*Pauci sunt, qui Principum Mandata et-*  
*iam iniqua repellere audent, & confide-*  
*rant, Reges terræ Regi Cælesti subditos*  
*esse, & legibus teneri. Ceterum Sermo-*  
*nis sui fundamentum ponit; Ecclesiam*  
*errare non posse (\*), nec permissum esse*  
 Chri-*

(\*) Da haben wir wiederum ein unverwerfliches Zeugniß; es hätten die Christen allzeit geglaubt, die wahre Kirche Christi sey, und müsse in der Lehre unfehlbar seyn. Allein nach vielen verfloffenen Jahrhunderten haben die Protestanten etwas anders zu glauben angefangen. Wenigstens meynet der Herr Mosheim, wie wir schon einmal angemerkt, die Kirche könne einen Keger verdammen, der keiner ist, und dieser falsche Satz wird durch dasjenige bestättiget, was er im ersten Abschnitte seines Buches zu der Geschichte des Apostelordens schreibt. Erstlich, zweifelt er, ob die grossen Güter, die der abendländischen Kirche, sonderlich von den Zeiten Karls des Grossen an zugefallen sind, ihr und ihrer Geistlichkeit mehr Nutzen und Vortheil, oder mehr Schaden verschaffet haben. Zweytens saget er: Die Händel, die sich zuweilen in dieser Kirche äusserten, waren weder wichtig noch gefährlich. . . . man überließ die Entscheidung derselben den Päbsten und den Bischöffen. Und diese wußten sie auf eine solche Weise beyzulegen, daß sie selber  
 fast

Sæcul. VIII. Christiano credere, quod suspicio imma-  
A. C. 732. nis abusus, qualis Idololatria est, in eam  
 cadat. Deinde ad ipsam materiam pro-  
 cedens ait: Scio,

fast allezeit dadurch grösser und mächtiger wurden. Aus diesem Geständnisse des Herrn Mosheim ersieht man, daß man die Streitigkeiten von der Lehre den Päbsten und Bischöffen überlassen. Und wem hätte sonst die Entscheidung über Lehrfragen zustehen sollen? Vielleicht einer jeden besondern Gemeinde, oder gar einem jeden Privatgeiste, der sich einbildet, den Sinn der heiligen Schrift zu verstehen? Aber wiederum: So schwach und dunkel auch der Schein der Wahrheit in diesen Zeiten war, so war er doch hell genug, diejenigen, die nicht ganz unachtsam oder gar ohnmächtig am Geiste waren, zu überzeugen, daß die so genannten Statthalter Christi und die Nachfolger der Apostel mehr den Namen der Bedienten und Apostel des Satans verdieneten. Die wenigen Worte aus den Schriften der Apostel, die man bey den Versammlungen zum Gottesdienst hörte, reichten zu, den Einfältigen die Augen in diesem Stücke zu öffnen.

Die Worte in den Schriften der Apostel belehren uns, daß alle Christen den Bischöffen unterwürfig seyn sollen; diese mögen für ihre Personen

*Act. Apost.* fromme oder lasterhafte Leute seyn. \*

6. 20.

Ferner: Es erhoben sich daher fast in allen Ländern von Europa Männer, die so viel Muth und Gottseligkeit hatten (wohl gemer-

ket

*Scio, illum, qui mentiri nequit, dixisse: non habebis Deos alienos, & non facies tibi Sculptile, nec Simulacrum omnium,*

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

ket Gottseligkeit) daß sie die Mängel der Kirche strafeten, und nach einer Verbesserung derselben seufzeten. Wenn diese Leute keine Absonderung von der Römischen Kirche, sondern nur eine Verbesserung verlangten, so waren sie Römisch-Katholisch; allein so meynet es der Herr Mosheim nicht.

Hierauf saget er: daher griff das Uebel schnell um sich, und das Welttheil, das wir bewohnen, ward in kurzer Zeit von dem eilften Jahrhunderte an mit Leuten überschwemmet, die, so unterschieden sie in ihren Meynungen waren, darinn alle übereinstimmten, daß die Römische Kirche die reine und unbefleckte Braut Christi nicht wäre. Diese Worte enthalten etwas zweydeutiges und auch unwahrhaftes in sich. Benenne der Herr Mosheim solche Leute oder Gemeinde, welche nicht geglaubet, daß die Römische Kirche die wahre Gemeinde unsers Heilandes sey, so wird gleich erhellen, daß es keine andere gewesen, als solche, welche von der ganzen Kirche als offenbare Ketzer verdammet worden. Es ist aber auch die Anzahl der Ketzer gegen den Rechtgläubigen, das ist denenjenigen, welche die Römische Kirche als die wahre angesehen, allzeit gering gewesen. Die Laster der Geistlichen konnten auch die wahre Kirche Christi in eine falsche nicht verwandeln, und würde der Herr Mosheim diese Wahrheit begreifen, wenn er die heil. Schrift besser

Sæcul. VIII.  
A. C. 732. *nium, quæ sunt in Cælo, aut in Terra.  
Hinc unum solum Deum adoro, & illi soli  
Cultum Patriæ exhibeo. Non adoro Crea-  
turam,*

besser verstünde, sonderlich das Evangelium von dem Baumann, der guten Saamen in seinem Acker ausgesäet, und dennoch darinn Unkraut aufgewachsen, daher er zu seinen Knechten gesprochen: *in-  
\*Matth. 13. te utraque crescere.\** Wir wollen ihn aber noch einmal hören: Die Päbste ermunterten sich ... Sie stifteten die beyden berühmten Bettelorden der Dominicaner und der Franciscaner ... Sie richteten das weltberühmte Blutgericht ... das die Inquisition genennet wird, wider die Ketzer auf ... Sie schrieben einen Kreuzzug nach dem andern aus ... Sie wirketen bey denen Kaysern und Königen ... die allerstrengesten und grausamsten Gesetze aus ... Diese und verschiedene andere Bemühungen schaffeten der bedrangten Kirche etwas Luft, und demüthigten die Kotten, die wider sie aufgestanden waren. Viele tausend Ketzer wurden durch Feuer, Schwert und andere gewaltsame Mittel hingerichtet ... Der Sieg wäre vollkommen gewesen, wenn die Häupter der Kirche sich ihres Sieges recht bedienet ... allein die Kirche ward durch ihr Unglücke nicht klüger. Sie blieb wie sie gewesen war, stolz, blind ... abergläubisch ...

Was soll nun aus diesem sich selbst widersprechenden Geschwätz folgen? Oben auf eben dieser

*turam, sed Creatorem, qui ut mihi esset* Sæcul. VIII.  
*similis, Creatura factus est. Adoro cum* A. C. 732.  
*magno Rege illo etiam Corpus, quod, li-*  
*ceat ita dicere! ipsius purpura est. Su-*  
*stineo facere imaginem Dei invisibilis, sed*  
*non quatenus invisibilis est, sed quatenus*  
*amore nostri se ipsum visibilem reddidit.*  
*At vero per Moysen præcepit Dominus:*  
*non facies tibi simulacrum. Discite, qua*  
*ratione ipse Moyses in Deuteronomio id*  
*explicit. Locutus est nobis Dominus de*  
*medio ignis. Non vidistis aliquam simi-*  
*litu-*

Deut. 4.

215. Seite saget Herr Mosheim: es erhoben sich . . . . gottseelige Leute; Unten sind sie gedemüthigte Kotten, und verbrannte Ketzer, vor welchen die bedrängte Kirche Luft bekommen. Endlich blieb diese Kirche wie sie gewesen war, abergläubisch. Eine abergläubische Kirche, welcher der Herr Mosheim keine andre rechtgläubige entgegen setzen kann. Was ist dieses? Wenn aber der Herr Mosheim hier per ironiam redet, und will alle diese Leute, die so unterschieden in ihren Meynungen waren, diese Kotten, und verbrannten Ketzer für seine Glaubensbrüder annehmen, sind wir dessen wohl zufrieden. Allein er sagt in einem andern Orte, man müsse Protestantischer Seits die Ketzer nicht zu Hülfe rufen. Es folget also aus diesem Abschnitte, daß man in allen Jahrhunderten keine andere wahre Kirche Christi als die Römischkatholische namhaft machen kann, und daß der Herr Mosheim zwar viel Belesenheit und Erudition, aber keinen Begriff, was die wahre Kirche Christi sey, besitze.



Sæcul. VIII. *litudinem, sed tantum vocem ejus audi-*  
A. C. 732. *stis, ne forte elevatis oculis ad Cælum vi-*  
*deatis Solem & Lunam & omnia Astra,*  
*& errore decepti adoretis ea, & eis ser-*  
*viatis. Cognoscitis jam, consilium Dei*  
*fuisse, vos cobibere, ne Creaturam loco*  
*Creatoris adoretis, & ne alteri cultum*  
*Latriæ tribuatis? Igitur hoc præceptum*  
*Judæis ad Idololatriam pronis datum est;*  
*nos vero, quibus concessum, Naturam Di-*  
*vinam perfecte cognoscere, qui infantiam*  
*egressi sumus, non ignoramus, quid imagi-*  
*nibus representari possit, aut non possit.*  
*Quo pacto effingi possit ille, qui nec figu-*  
*ram habet, nec terminos: quomodo colo-*  
*ribus pingi poterit, cui corpus non est.*  
*Verum enimvero, ex quo factus est homo,*  
*formam ejus humanam pingere potestis.*  
*Potestis pingere Nativitatem ejus ex Vir-*  
*gine, Baptismum in Jordane, Transfigu-*  
*rationem in monte Thabor, ejus Crucia-*  
*tus, Crucem, Sepulturam, Resurrectio-*  
*nem, & Ascensionem. Hæc omnia tam*  
*coloribus, quam verbis exprimate, abjecto*  
*omni errandi timore.*

Tum explicat varias significationes  
 quæ vocibus *Imago* & *Adoratio* conve-  
 nire possunt. *Filius Dei est Imago vi-*  
*vens Patris. Idæ Divinæ sunt imagines*  
*illarum rerum, quas creare Deus vult.*  
*Res sensibiles imagines sunt Rerum incor-*  
*porearum; ita Scriptura, ut se accommo-*  
*det*

*det infirmitati nostræ, quandoque Deo & Sæcul. VIII.*  
*Angelis figuras corporeas tribuit. Ita ut A. C. 732.*  
*Essentiam Trinitatis aliquatenus assequi S. Joannis*  
*possint, quibus loquimur, similitudinem so-Damasceni*  
*lis, ejusdem lucis, & radii adhibemus, item Epistola.*  
*non nunquam asserimus similitudinem fon-*  
*tis & rivi. Præterea imaginem appella-*  
*re solemus signum rerum futurarum. Ita*  
*Arca fœderis, Virga Aaron, & Urna Man-*  
*næ, Sanctam Virginem, Serpens æneus*  
*Jesum Christum in Cruce, Mare & Nubes*  
*Baptismum significabant. Imago quoque*  
*dicitur illud, quod rerum præteritarum*  
*memoriam conservat, sive per litteras,*  
*quod factum est, quando Deus Legem suam*  
*in Tabulis scripsit, & vitam virorum,*  
*qui sibi cari fuerant, litteris consignari*  
*præcepit, sive per alia monumenta sensibi-*  
*lia, qualia fuere Virga & Urna, quæ in*  
*Arca asservari jussit. Ergo vel omnis*  
*generis imagines auferte, & resistite illi,*  
*qui eas fieri jussit, vel omnes eo modo, quo*  
*convenit, recipite.*

*Adoratio duobus modis intelligitur.*  
*Primo illa, quam soli Deo sua Natura ado-*  
*rando reddimus, & vocatur Latria. Da-*  
*tur & altera, quam intuitu Dei, amicis*  
*ejus & Servis tribuimus. Sic Josue, &*  
*David Angelos adoraverunt, aut locis, re- Gen. 23.*  
*busque Deo consecratis, aut Principibus,*  
*quos Deus constituit; quod contigit, quan- Gen. 46.*  
*do Jacob adoravit Esau fratrem suum pri-*  
*Hist. Eccles. Tom. X. F mo-*

Sæcul. VIII. *mogenitum, & quando Joseph Fratres sui*  
 A. C. 732. *adoraverunt. Datur etiam adoratio, qua*  
 Gen. 23. *nihil aliud est, quam honoratio reciproca,*  
*qualem sibi Abraham & filii Emor exhibuerunt. Ergo omnis adoratio vobis erit rejicienda, aut omnis pro nata occasione in sensu congruo recipienda.*

*An non unus Deus est, & idem Legislator? cur ergo res sibi ipsis adversantes præcipit? cur Propitiatorium contegi jubet Cherubinis, factis manibus hominum? Arca, Urna & Propitiatorium nonne opera hominum sunt, facta, ut dicitis ex vili materia? Totum Tabernaculum an non est, quod dicit Apostolus, Exemplar & umbra Rerum Cælestium? Ergo eadem Lex, quæ Imagines prohibet, imagines fieri præcipit. Et infra:*

Apologia  
 pro Imagi-  
 nibus.

Hebr. 8. 5.

*Sacrum Crucis lignum an non materia constat? item Locus Calvariæ, & lapis Sancti Sepulchri nostræ Resurrectionis Origo, & litteræ, quibus Evangelia scripta sunt, & Sacra Mensa, aurum & argentum, ex quibus Cruces & Vasa Sacra constantur, tandem Corpus & Sanguis Domini Nostri, (\*) nonne hæc omnia materialia sunt? ergo vel omnium Rerum istarum*

(\*) Argumentum & Testimonium invictum contra Protestantes! quod Corpus & Sanguis Christi in Eucharistia fuerit adoratum. Quippe Mate-

*rum cultum & venerationem tollite, aut fateamini, licitum esse, Imagines Dei incarnati & Amicorum ejus honorare.* Ex his dispicimus, quam multas res sensibiles Iconoclastæ adhucdum venerati fuerint.

His S. Joannes Damascenus subjungit: *Si vero ideo imagines deletas vultis, ut Legi obediat, cur non etiam Sabbatum & Circumcisionem servatis? scitote autem, quod si Legem observatis, Christus nihil vobis proderit.* Et iterum: *Dicitis: satis vobis sit, Imaginem Jesu Christi & Matris ejus pingere. Profecto, absurdum admodum estis! an non intelligitis, quod vos hæc dicendo Cælitum hostes aperte profiteamini, dum imagines quidem admittitis, sed honorem iis exhibendum negatis?* Et infra: *Templum Salomonis per circuitum ornatum erat Cherubinis, Palmis, Malo granatis, bobus & leonibus. An non magis oportet parietes Domus Dei imaginibus Sanctorum, quam animalium ratione carentium exornari? nolumus pingere Jesum Christum sine Sanctis, id est, Purpuratis suis. Imperator hujus terræ, si placeat, dimittat aulam suam & Procures, priusquam Dominum suum so-*

F 2

lum

Materia Corporis & Sanguinis Christi vere in Eucharistia existit, quamvis modus existendi non sit materialis.

**Sæcul. VIII.** *lum conspicui jubeat. Tum iterum: olim*  
**A. C. 722.** *non construebantur templa hominibus sa-*  
*cra, & mors Justorum non celebrabatur*  
*in lætitia, sed in lacrymis. Imo qui teti-*  
**Num. 19. 11.** *gerat cadaver hominis, etsi fuisset corpus*  
*ipsius Moysis, immundus reputabatur. Er-*  
*go aut Festa ad honorem Sanctorum in-*  
*stituta, contra veteris Legis præcepta re-*  
*jecite, aut eorum imagines, quas Legi ad-*  
*versari dicitis, recipite. At Festa hæc*  
*ab Apostolis & Patribus accepta abolere*  
**S. Joannes** *non valetis; nam ex quo incarnatum est*  
**Damascenus.** *Verbum, vere Sanctificati sumus, ipsius*  
*passione liberati, & ejusdem Resurrectio-*  
*ne immortales. Ex eo tempore mortem*  
*Sanctorum in lætitia & non in luctu ho-*  
*noramus. Et postea: Umbra & cingula-*  
*rum Apostolorum morbos pellebat, & Da-*  
*mones ejiciebat; cur ergo illorum imago*  
*nullo honore digna sit? Igitur, aut ni-*  
*hil, quod materia constat, adorete, aut*  
*cavete ne Novatores sitis, (\*) & limites*  
*æternos non amovete, positos a Majoribus*  
*vestris, qui Ecclesiæ Ritus non solum scri-*  
*ptis suis, sed etiam Traditione stabilie-*  
**S. Bas. de** *runt. Hic S. Joannes Damascenus ce-*  
**Sp. 1. c. 27.** *lebrem Textum S. Basilii & libro ejus de*  
**Sup. lib.** *Spiritu S. excerptum adducit, atque et-*  
**XVII. §. 13.** *iam verba S. Pauli: itaque, Fratres!*  
**2. Theff. 2. 14** *state,*

(\*) Hæc interpret noster Protestans a S. Joanne Damasceno sibi dicta habeat.

state, & tenete Traditiones, quas didicistis a nobis, sive per Sermonem sive per Epistolam.

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

Tum respondet ad objectionem, inde petitam, quod S. Epiphanius aliquando laceraverit siparium, in quo depicta erat imago. S. Joannes Damascenus primo dicit, forte istud Scriptum Epiphani Opus non esse, & deinde, ipsum id facere potuisse ad corrigendos aliquos abusus, sicut olim S. Athanasius Reliquias Sanctorum sepeliri jussisset, ad abolendam malam consuetudinem Ægyptiorum, qui mortuos suos lectis impositos asservabant. Quippe S. Epiphanio nunquam in mentem venisse, Imagines tollere, perspicui ex ornamentis ipsius Ecclesiæ, quæ in hanc diem imaginibus pictis splenderet. Denique solius Epiphani Auctoritatem totius Ecclesiæ Sententiæ æquivalere non posse.

Sup. l. XIX.  
S. 44.

In fine hujus Sermonis S. Joannes Damascenus aliquot Textus Patrum, Imaginum cultui faventium, affert, & primo S. Dionysii, qui vulgo Areopagita vocatur, tum S. Basilii, S. Gregorii Nyseni, dicentis, quod imago inspecta Abrahami filium suum immolantis ex oculis suis lacrymas elicuisset, S. Joannis Chrysostomi, Leonis Episcopi Napolitani in Cypro, ubi verba sequentia subjungit: *Quis melior Interpres S. Epiphani*

F 3

habens

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

*habendus, hic Sanctus Episcopus, qui in eadem Insula prædicavit, aut illi, qui secundum sensum suum privatim loquuntur? Et inferius: Multos habuit Ecclesia Episcopos & multos Imperatores Christianos, Pietate, Doctrina, & vitæ Sanctitate insignes, multa celebrata fuere Concilia; quomodo igitur adhuc nemo cultum Imaginum damnavit? Non commitemus, ut a priore sententia dimoti videamur, & tempori serviisse credamur, ne Infideles inanem & joculari esse Religionem nostram existiment. Non obediemus Mandatis Imperatoris, qui consuetudinem a Patribus nostris acceptam evertit. Principes pietatis amantes Ecclesiæ Ritus abolere non solent. Nec patris est sed latronis vim adhibere, ubi argumentis agendum esset; unde est, quod bodieque secundum Concilium Ephesinum infami nomine latrocinii notetur. Non Principum, sed Conciliorum est de Religione decernere. Non enim Principibus sed Apostolis & Successoribus eorum Iesus Christus ligandi atque solvendi potestatem dedit. (\*) Etsi Angelus, inquit S. Pau-*

*Sup. Lib.  
XXVII.  
§. 38.  
Gal. I. 8.*

(\*) Quærere hic lubet, in quo hominum ordine inter Protestantes hæc Potestas clarissimis verbis a Iesu Christo Apostolis promissa resideat? nam Episcopus id est Apostolorum Successores

S. Paulus, aliud vobis evangelizaret, ac id, quod accepistis. &c. Cetera non addamus, ut nostra lenitate demus eis locum resipiscendi. Si vero, quod Cælum avertat, in errore pertinaciter perseverent, tunc etiam id, quod sequitur, pronunciamus. Nempe Anathema. Ex his verbis conijcere est, hunc Sermonem in lucem editum fuisse statim post vulgatum Leonis Imperatoris Decretum contra Imagines, id est, anno septingentesimo trigésimo, antequam in Palæstinam delatum fuisset, S. Germanum fuisse proscrip- tum, qua de re primum in secundo Ser- mone fit mentio.

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

§. XXI.

*Sermo secundus & tertius.*

Sanctus Joannes Damascenus in exor- dio secundi Sermonis profitetur, se teneri, calamo Veritatem defendere, quia Talentum Prædicationis accepisset, id est, mandatum loquendi in Ecclesia, quod indicare videtur, ipsum jam tunc Sacerdotio initiatum fuisse. Subdit, quosdam Ecclesiæ Filios ipsum permovisse, ut hunc secundum Sermonem scriberet, quod multi primum non satis ca-

F 4 perent.

cessores rejecerunt, & hanc Potestatem Princi- pibus Christus non concessit; nec eam unquam exercuerunt.



Sæcul. VIII. perent. Adnotat diversas fraudes &  
 A. C. 732. artes Dæmonis, quibus ad seducendos ho-  
 mines utitur, Atheismum, Idololatriam,  
 Hæreses. *Hodie, inquit, ille ipse Impo-  
 stor, qui olim non Gentiles modo, sed  
 etiam Israelitas, indignum! ad adoranda  
 brutorum simulacra impulit, aliam for-  
 mam induit ad turbendam Ecclesie pa-  
 cem; nam surrexerunt aliqui dicentes,  
 prodigia, quæ JESUS Christus propter  
 Salutem nostram operatus est, & pugnas  
 Sanctorum adversus Dæmonem, in ima-  
 ginibus, quas admiremur, honoremus, &  
 imitemur, nobis non esse proponendas.*  
 Iterum edicit, se contra novi erroris Au-  
 ctiores nolle Anathema pronunciare,  
 quod eorum emendationem expectaret.  
 Eadem argumenta ac in primo Sermonem  
 affert, sed ubi explicat Legis verba, quæ  
 Imagines damnare videntur, addit: *Ex-  
 aminanda est scribentis intentio, ut ser-  
 monis veritas cognoscatur. Quamvis in  
 Evangelio de tenebris, de Satana, de In-  
 ferno mentio occurrat, illud tamen cum  
 Veneratione & adoratione conveniente  
 recipimus, sed cum horrore rejicimus Li-  
 bros Manichæorum, aliorumque Hæreti-  
 corum, quamvis nomen Dei contineant.*  
*Ita etiam quando de Imaginibus sermo  
 est, attendendum, quæ sit loquentis in-  
 tentio.*

De diversitate utriusque Potestatis, Sæcul. VIII. A. C. 732.  
 spiritualis & sæcularis disputat in hunc I. Cor. 12. 28.  
 modum: *In Ecclesia sua, ait S. Paulus, Iesus Christus posuit Apostolos, Prophe-  
 tas, Pastores, & Doctores; non autem  
 dicit, Imperatores. (\*) Nunquam Re-  
 ges Dei nomine vobis locuti sunt, sed A-  
 postoli & Prophetæ. Imperatorum est  
 Rempublicam regere, Pastoribus vero at-  
 que Doctores competit Ecclesiæ præesse.  
 Vis, quæ hac in re Fidelibus infertur,  
 latrocinii profecto nomen meretur! Saul  
 pallium Samuelis dilaceravit, & Regnum  
 amisit. Jezabel Eliam persecuta est, &  
 devoraverunt eam canes. Herodes S. Joan-  
 nem occidit, & vermes Tyranni morien-  
 tis viscera corroserunt. Hodie in exi-  
 lium expellitur Beatus Germanus, &  
 plures alii Patres, quorum nomina igno-  
 ramus; sane! hæc persecutio nihil dif-  
 fert a latrocinio. Et postea sermone ad  
 Imperatorem directo: Obedientiam tibi  
 præstamus, Auguste! in iis, quæ ad vitam  
 Civilem spectant, qualia sunt tributa &  
 pensiones, at in causis Ecclesiasticis Pasto-  
 res nostros sequimur. Nempe Christia-  
 ni in Oriente Imperatores Constantino-  
 politanos tanquam Principes suos legiti-*

F 5 mos.

(\*) S. Joannes Damascenus egregie refutat  
 Protestantes dicentes, Jura in Sacra Principi Lai-  
 co competere.

Sæcul. VIII. mos habebant, Leges Romanas serva-  
 A.C. 732. bant, & linguam Græcam, qua S. Joannes  
 scripsit.

Deinde subjungit: *Manichæi Evangelium secundum S. Thomam scribere ausi sunt, scribite & vos aliud secundum Leonem Imperatorem. Nescio Cæsarem, si Sacerdotii jura usurpet. Memini Valentem Sacerdotii Officium occupasse, cum Fidem Catholicam persecutus est, quamvis Christiani nomen gereret. Eadem insania fuit Zenonis, Anastasii, Heraclii, Constantini, qui in Sicilia fuit, & Bardanis cognomento Philippici.* Huic Sermoni S. Joannes Damascenus subdit eodem Textus, quos in fine Sermonis primi attulerat, sed etiam quosdam alios S. Chrystomi, S. Ambrosii, S. Maximi & S. Anastasii Antiocheni adjecit.

Sermo tertius pro imaginibus scriptus ferme nihil, quod non in duobus prioribus occurrat, continet, nisi quod major numerus Textuum in fine appositus fuerit.

## §. XXII.

*Epistola S. Bonifacii.*

*vit. Bon. per* **I**conoclastis Fidem in Oriente oppugnanti-  
*Vil. c. 8. 4.* bus, eadem in Germania S. Bonifa-  
*Act. Be. p. 19.* cii laboribus strenue propagabatur. Fundatis Monasteriis Fridelariensi & Amn-  
 noburgensi, nempe circa annum 732.  
 con-

contulit se in Bavariam, ubi Hubertus Dux imperabat, & illius Regionis Ecclesias visitavit. S. Corbiniano Episcopo Frisingensi jam anno 730. defuncto, octavo Sept., quo die Ecclesia ejus memoriam colit, S. Bonifacius in Bavariam veniens deprehendit hanc Ecclesiam a quodam Hæretico, nomine Erenwolfio, qui populum ad Idololatriam reducebat, turbari. Hoc igitur homine secundum Canones damnato, & ex illa Regione ejecto, restituta etiam Disciplina, Vir Sanctus ad suam Dioccesin reversus est.

Haud multo post tempore S. Bonifacius ad Northelmum Archiepiscopum Cantuariensem Epistolam dedit in hunc ferme modum scriptam: *Rogo, ut cum ad Deum oras, mei memineris, quippe Spiritus meus adversus tot assultus nationum Germanicarum confirmatione indiget. Cupio etiam Communione & Charitate Fraternali tibi unitus esse, sicut Antecessori tuo Berthualdo conjunctus eram, quando e patria mea migravi. Præterea enixe rogo, ut mihi mittas exemplar Epistolæ, quæ complectitur quæstiones Augustini Episcopi cum Responsis S. Gregorii Papæ; in ea enim præter alios Articulos dicitur, licere Fidelibus in tertia generatione matrimonio conjungi. Sollicite examina, an hoc Scriptum S. Gregorii sit; nam qui Tabulas Ecclesiae*

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

Sup. n. 10.  
Sup. Lib.  
XLI. §. 31.  
vit. to. 3. Act.  
Ben. p. 51.  
Mart. Rom.  
8. Sept.

Epist. l. 5.

Sup. Lib.  
XXXVI.  
§. 37. & 38.

sic

Sæcul. VIII.  
A. C. 732.

*sic Romanae custodiunt, dicunt, quod i-  
stud inter alias ejusdem Papæ Epistolas  
quæsitum non invenerint. Ceterum con-  
siliium tuum expeto super peccato a me  
admisso, dum in nuptias consensu. Qui-  
dam vir, postquam infantem e fonte Sa-  
cro levavit, deinde matrem factam vi-  
duam, duxit. Dicunt Romani, esse pec-  
catum mortale, jubent, ut separentur,  
& affirmant, hoc crimen, sub Impera-  
toribus Christianis pœna capitis dignum,  
aut saltem perpetua peregrinatione ex-  
piandum fore. Doceas me velim, an in  
Decretis Patrum, vel in Canonibus vel  
Scriptura legeris, in his nuptiis tantum  
esse nefas; capere enim nequeo, cur co-  
gnatio Spiritualis in quadam Ecclesia  
nuptias usque adeo scelestas reddat, cum  
per Baptismum omnes fratres simus. Id  
quoque me doce; quo post Incarnationem  
anno primi Prædicatores, a S. Gregorio  
ad Anglos missi, illo pervenerint. S. Bo-  
nifacius super eadem quæstione de Nu-  
ptiis initis cum sacræ propinquitatis so-  
cia matre consuluit Pecthlemum pri-  
mum Casæ Candidæ in Nordhumbria  
Episcopum & Duddonem Abbatem, o-  
lim Discipulum suum. Eundem ro-  
gat, ut Tractatus Patrum in Scripturam  
mittat.*

Hanc

Hanc Epistolam S. Bonifacii Eoba Presbyter detulit, alteramque ad Abbatissam Eadburgam datam, in qua gratias agit, ob missos sibi libros, vestesque, & rogat eam, ut Epistolas S. Petri litteris aureis sibi conscriberet, quo major Sacrae hujus Scripturae reverentia rudibus hominibus crearetur, & suo affectui in S. Apostolum satisfaceret, quem tanquam Missionis suae Praesidem & Defensorem venerabatur. In alia Epistola ad eandem Abbatissam queritur, quod tot Adversarios in sua Praedicatione pateretur. *Undique, inquit, labor & furor, foris pugnae, intus timores, & falsorum fratrum nequitia longe peior est Gentilium pravitate.* Plures extant Epistolae S. Bonifacii ad hanc Eadburgam Abbatissam, quam Monasterio Vinoburnensi in Saxonia Occidentali praefuisse credunt. Sed etiam altera erat Eadburga Abbatissa Tanetensis, quae frequentissime Bugga dicebatur & cui S. Bonifacius duas scripsit Epistolas. Eoba Presbyter S. Bonifacii in labore Apostolico socius exinde Insula Ultrajectensi exornatus est.

Ad haec tempora referri potest Epistola Episcopi Torthelmi ad S. Bonifacium, cum ei titulum Archiepiscopi tribuat. Gratulatur auspiciatissimam Saxonum Conversionem, dicit, quod ipse memoriam in Missa & in precibus quotidiana-

Saecul. VIII.

A. C. 732.

Epist. II. Be.

V. hist. c. ult.

epist. 22.

S. Bonifacius

Ep. 28.

Ep. 13.

2. Cor. 8. 5.

Ep. 7. 13. 14.

Act. SS. Be.

to. 3. p. 448.

Ep. 2. 20.

Othlo. l. 2.

c. 21.

Ep. 43.

Sæcul VIII.

A. C. 738.

ep. 49.

v. Mabill.

Liturg.

ep. 76.

ep. 40.

tidianis agat. Habemus etiam duorum Regum Epistolas, quæ eodem tempore datæ videntur, saltem prima, ubi de Eoba Presbytero mentio occurrit. Scripta est hæc Epistola a Sigebaldo Rege Saxonum Occidentalium, qui S. Bonifacium efflictim rogat, ut unacum Daniele Episcopus suus esse velit, dicitque: *Scias, quod Missam celebrans jubeam recitari nomen tuum, sicut Episcoporum nostrorum nomina recitantur.* Missam celebrare illius temporis stylo sæpe significat Missæ adesse, & de Laicis dicitur. Altera Epistola est Aelbualdi Regis Angliæ Orientalis qui suo & omnium Monasteriorum Regni sui nomine scribens dicit, se, ut S. Bonifacii desiderio satisfaceret, pro ipso in Missis & in septem horis Canonicis orare. Precibus Viri Sancti se commendat, & addit, nomina defunctorum vicissim mittenda esse, ut pro ipsis oretur. Ethilbertus Rex Cantiorum ad S. Bonifacium scribens mentionem facit de Bugga Abbatissa, ei vas argenteum & aliqua alia Dona mittit, & petit sibi mitti duos accipitres, quod in Germania venationi aptiores quam in Regno suo nascerentur.

## §. XXIII.

*S. Bonifacius tertio Romæ.*

Sanctus Bonifacius anno septingentesimo

mo trigesimo octavo iter Romam ter-  
 tio suscepit, tum cum Gregorio III. Pa-  
 pa, nunquam a se viso, collaturus, tum  
 etiam, cum inclinata jam esset ætate, se  
 Sanctorum Virorum precibus commen-  
 daturus. A Papa humanissime exceptus  
 est, sicut ipse ad suos in Germaniam re-  
 scripsit, eumque non Romani modo, sed  
 etiam exteri maxima veneratione pro-  
 secuti sunt, quem nempe ex uno loco in  
 alium procedentem magna frequentia  
 Francorum, Bavarorum, Anglorum, a-  
 liarumque nationum sequebatur. In  
 Italia majore anni parte versatus, post-  
 quam Sepulchra Sanctorum invisisset,  
 Papæ valedixit, qui muneribus cumula-  
 tum additis etiam multis Reliquiis &  
 tribus Epistolis dimisit. In prima Epi-  
 stola ad omnes Episcopos & Abbates di-  
 recta, Papa S. Bonifacium iis commen-  
 dat, & hortatur, ut ipsi in Prædicationis  
 Officio Adjutores & Cooperatores con-  
 cedant. Secunda Epistola dirigitur ad  
 Germaniæ populos Neo-conversos, in  
 eaque Pontifex nominat Thuringos,  
 Hassos, plures alios Barbaros, & denique  
 omnes populos ad Orientem habitantes.  
 Quod de illis, qui plagam Rheni orien-  
 talem incolunt, accipiendum. Hortatur,  
 ut docentem Bonifacium docili ani-  
 mo auscultent, atque Episcopos & Pres-  
 byteros, quos ipse per Apostolicam sibi  
 datam

Sæcul. VIII.  
 A. C. 738.

vit. per  
 Villib. c. 9.  
 ep. 27.

vit. per Othl.  
 c. 28.

vid. not. Ser-  
 rar. epist. 128  
 S. Bonif. 3  
 Coint. an.  
 738. n. 13.



Sæcul. VIII. datam Auctoritatem ordinaverit, reci-  
A. C. 738. piant. Deinde Papa subjungit: *Si quos  
 a rectæ Fidei seu Canonice Doctrina  
 tramite aberrantes reducere voluerit, a  
 vobis nullo modo impediatur, sed potius  
 efficit, ut obediant, nisi æternæ da-  
 mnationis pœnam sibi ipsis velint ac-  
 quirere. Vos autem, Carissimi! qui in  
 Nomine Jesu Christi baptizati estis,  
 abstinete ab omni cultu Paganorum; sed  
 & Subditos vestros cobibete. Abjicite  
 Divinos & Sortilegos, Sacrificia mor-  
 tuorum, seu lucorum vel fontium, au-  
 guria, phylacteria, incantatores, male-  
 ficos, omnesque alias Superstitiones, qua  
 in vestris finibus fieri solebant.*

Epistola tertia ad Episcopos Bavaricæ  
 & Allemanniæ dirigitur, nimirum ad  
 Wigonem Augustanum, Luidonem Spi-  
 rensem, Rodolphum, quem Episcopum  
 Constantiensem fuisse putant, Vivilonem  
 Laureacensem, (\*) seu Passaviensem, &  
 Addam seu Heddonem Argenteraten-  
 sem

(\*) Si cui lubeat, Historiam intricatam de  
 Origine Ecclesiarum Laureacensis & Passaviensis  
 novisse, Historiam Salisburgensem Authore A.  
 R. P. Josepho Mezger O. S. P. B. ad S. Petrum  
 Salisburgi scriptam & ab A. RR. Fratribus i-  
 psius germanis Francisco & Paulo in eodem Mo-  
 nasterio Professis continuatam, opus præclarum  
 legat.

fem. Itaque ex Allemannia quatuor, & Sæcul. VIII.  
 ex Bavaria unicus, nempe Vivilo, ab ipso Papa post obitum Theodori ordinatus, A.C. 738.  
 nominantur. Pontifex hos Episcopos hortatur, ut Bonifacium benigne suscipiant, Doctrinam teneant, Hæreticos & Pseudo-Episcopos undecunque advenerint, præsertim Britones, respuant, populos sibi commissos a Superstitionis veteris reliquiis liberent, & Concilium ad Danubii oram sive Augustæ, sive in alio, quo Bonifacio visum fuerit, loco celebrent.

v. Coint. an.  
737.

## §. XXIV.

*Sancti Willibaldus & Wunne-  
baldus.*

In hac Romana profectioe S. Bonifacius multos Anglos, præsertim Presbyteros invitavit, ut Missionis Germanicæ laborem secum partirentur. Præter alios in Prædicationis societatem SS. Willibaldum, & Wunebaldum fratres, propinquos suos pertraxit. Willibaldus, quem Germani etiam *Bilibalde* nominant, in Anglia circa annum septingentesimum natus, adhuc puer Monachis traditus, anno circiter septingentesimo vigesimo, relicta patria, cum Patre suo Richardo, & Wunebaldo fratre tunc annum ætatis decimum nonum agente,

vit. S. Uneb.  
n.7.to.3. Act.  
SS. Ben. p.  
180. vit. S.  
Willib. p. 365

*Hist. Ecclesiast. Lib. X.*

G Ro

Sæcul. VIII. Romam profectus est. Pater in itinere  
A. C. 738. mortuus & Luccæ sepultus, ibi honore  
 Sanctis debito colitur. Duo fratres Ro-  
 mam pervenerunt, unde Willibaldus,  
 exacto biennio, & relicto ibi fratre, iter  
 in Terram sanctam cum duobus juveni-  
 bus Anglis ingressus est. Wunebaldus  
 Romæ Tonsuram accepit, Sacræ Scri-  
 pturæ operam dedit, & septem annos i-  
 bi moratus in Angliam rediit, eo ductus  
 consilio, ut quosdam ex suis propinquis  
 ad Dei Servitium invitaret. Nec irri-  
 tus fuit conatus. Postea Romam secun-  
 do profectus, fratrem tertium, cujus  
 nomen ignoratur, secum adduxit. Tunc  
 igitur S. Bonifacius comperto, quod Ro-  
 mæ esset, ei sæpius collocutus tanquam  
 propinquum suum invitavit ad partem  
 laborum suorum in se suscipiendam.  
 Wunebaldus facile passus est se permo-  
 veri, ut S. Bonifacium in Germaniam re-  
 deuntem paulopost sequeretur, comi-  
 tantibus fratre suo & quibusdam aliis,  
 quos inter numeratur S. Sebaldu, quem  
 Norimbergenses tanquam illius Regionis  
 Apostolum decimo nono Aug. colunt.  
 Cum his sociis S. Wunebaldus in Thu-  
 ringia S. Bonifacio junctus est.

Interim Willibaldus & Socii ejus  
 vasta terrarum spatia peragraverant. Cum  
 e portu Neapolitano solvissent, primum  
 in Asiam minorem & inde in Phœnicen  
 delati

delati, aliquamdiu a Saracenis, qui ipsos Sæcul. VIII. A. C. 738.  
 exploratores esse suspicabantur, Emeſi  
 detenti sunt. Tum dimiſſi totam Palæ-  
 ſtinam luſtrarunt, & inde Conſtantino-  
 polim profeſti tandem cum Apocriſtariis  
 Papæ & Legatis Imperatoris in Italiam  
 reveſti ſunt. In vita S. Willibaldi ſta-  
 tus locorum ſacrorum, qui tunc tempo-  
 ris viſebantur, deſcribitur.

Igitur S. Willibaldus ſeptem annis,  
 poſtquam Roma diſceſſiſſet, & annis de-  
 cem, poſtquam migraviſſet e patria, id eſt,  
 anno circiter ſeptingenteſimo vigefimo  
 octavo in Italiam redux, quodam Epif-  
 copo id conſilii ſuggerente, ad Montem Sup. Lib. XLI. §. 32.  
 Caſſinum ſe contulit, ibique ſub Petro-  
 naciſ Abbatis Regimine annis decem  
 commoratus eſt. Pauci tunc quidem in  
 illo Monafterio debebant Monachi, quos  
 Abbas magno zelo & diſcretionem rege-  
 bat, & informabat. Primo anno Willi-  
 baldus Eccleſiæ Camerarius fuit, id eſt, S. Willibal-  
 dus Benedi-  
 ctinus Caſſi-  
 nenſis.  
 Sacriſta, anno ſecundo Decanus, nempe,  
 decem Monachis præfeſtus, & octo an-  
 nis, quatuor in ſuperiore & quatuor in  
 inferiore Monafterio Oſtiarius. Nam  
 ſecundum Regulam S. Benedicti Offi- Reg.  
 cium iſtud magni momenti habebatur,  
 & non niſi ſenibus aut Monachorum pru-  
 dentiffimis hæc provincia injungebatur.  
 Toto itaque decem annorum ſpatio S.

Sæcul. VIII. Willibaldi cura prima fuit, Regulæ S. Be-  
 A. C. 738. nedicti Disciplinam discere. (\*)

Exinde cum quidam Presbyter Hispanus, qui in Monte Cassino versatus fuerat, accepta Abbatis licentia & Benedictione Romam iter susciperet, eo Willibaldum secum abduxit. Quod resciciens Gregorius III. Papa Willibaldum ad se accersitum interrogavit, quid ipsi in suis peregrinationibus relatu dignum contigisset, & quo pacto Infidelium insidias effugisset. Willibaldus omnia ex ordine narrans, id quoque addidit, quod se in Jordane lavasset. Tandem Papa dixit: *Bonifacius Episcopus rogavit me, ut te a Monte Cassino avocarem, & abjecta omni mora te ad eum, apud Francos versantem, mitterem, ubi cum ipso illis populis catechizandis incumberes. Rogo te igitur, & idem præcipio, ut ad eum te conferas.* Respondit Willibaldus:

(\*) Saltem S. Willibaldum Ordinis S. P. N. Benedicti Monachum fuisse nemo inficias ibit, quod tamen de S. Gregorio Magno Papa, sicut aliqui de S. Ruperto, Cardinalis Baronius negat, & idcirco eidem P. Magnoaldus Ziegelbauer & P. Legipontius in Historia Litteraria Ordinis S. Benedicti subirascuntur. Hos, si quis ejusmodi Quæstionibus delectatur, in Articulo de Historia Artis Criticæ seu Censoriæ legere potest.

dus: *Obtemperabo, si feceris, ut mihi* Sæcul. VIII.  
*Abbas meus secundum Regulam Bene-* A.C. 738.  
*ditionem impertiatur. Vade,* reposuit  
 Papa, & *nulla te cura angat. Suffi-*  
*cit tibi mandatum meum. Ipse Abbas*  
*Petronax, si eum in aliam Regionem*  
*mittere voluero, obsistere mihi non de-*  
*beret.* Obedientiam ergo præstitit Wil-  
 libaldus, non in Germaniam modo, sed  
 quocunque Papa præciperet, iturus.  
 Moxque iter in Thuringiam ingres-  
 sus est.

## §. XXV.

*Episcopatus in Bavaria.*

Sanctus Bonifacius Roma profectus an-  
 no septingentesimo trigesimo nono,  
 & Ticinum perveniens, a Rege Luitpran-  
 do amice exceptus est, ibique Sanctus vit. per  
 Senex aliquamdiu moratus, fractas vires Villib. c. 9.  
 refecit. n. 28. Inde in Bavariam tam propria  
 voluntate, quam precibus Odilonis Du-  
 cis motus divertit, ubi longo tempore  
 Verbum Dei prædicavit. In ea Regio-  
 ne Fidei puritatem restituit, pulsus qui-  
 busdam Sycophantis, quorum aliqui E-  
 piscopos, alii Presbyteros se mentiebantur,  
 variis fraudibus multos perverte-  
 rant, & sua impudicitia toti populo scan-  
 dalo erant.

Odilone Duce consentiente S. Boni-  
 facius Provinciam Bojoariæ in quatuor

G 3

Dicc-

Sæcul. VIII. Diœceses divisit, & quatuor constituit  
 A C. 739. Episcopos. Primus fuit Joannes in Ci-  
 vitate Salisburgensi, qui illam Sedem se-  
 ptem annis tenuit. Secundus Erem-  
 bertus S. Corbiniani Nepos Frisingæ.  
*vide tom. 2.* Tertius Goibaldus Regini, seu Ratisbo-  
*Aff. SS. Be.* næ. Hi tres a S. Bonifacio ordinati fue-  
*p. 347.* re. Quartus Episcopus Bavariæ fuit  
 Vivilo jam prius a Papa ordinatus, cu-  
 jus Sedes Patavii fixa.

Cum S. Bonifacius data ad Grego-  
 rium III. Epistola eorum, quæ in Bojor-  
 ria egerat, rationem reddidisset, respon-  
 dit Papa datis litteris, in quibus ait: *A-*  
*Othl. l. i. c.* *gimus Deo omnipotenti Gratias, quod*  
*32. ep. 7* *sicut ex litteris tuis percipimus, in Ger-*  
*Greg. to. 6.* *mania ad centum millia animarum, au-*  
*Conc. p. 1474* *xiliante Carolo Francorum Principe con-*  
*verteris.* Tum Papa novorum Episco-  
 patuum in Bavaria erectionem approbat  
 & subjungit: *Presbyteri vero, quos ibi-*  
*dem reperisti, si incogniti fuerint viri*  
*illi, a quibus sint ordinati, & dubium*  
*sit, eos Episcopos fuisse, qui ipsos ordina-*  
*runt, iterum consecrentur, si Catholici*  
*sint, & bonos mores exhibeant.*

*Quod spectat ad illos, qui in diversis*  
*populorum istorum linguis baptizati sunt,*  
*si modo in nomine Sanctæ Trinitatis*  
*baptizati fuerint, impositione manuum*  
*& adhibito Chrismate Sacro confirmen-*  
*tur. Potestas tibi sit Episcopum Nivi-*  
*lium*

lium †, quem nos ordinavimus, si opus <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 est, corrigendi. Ceterum volumus, ut <sup>A. C. 739.</sup>  
 in Concilio, quod juxta ripam Danubii † <sup>Vivilonem</sup>  
 celebraturus es, ipse adsis; quippe pro in-  
 cepti laboris utilitate non licet tibi, Fra-  
 ter! in uno loco morari, sed quia in il-  
 lis Hesperiaë partibus rari adhucdum sunt  
 Christiani, confirmatis conversorum cor-  
 dibus, ubicunque Deus viam Salutis a-  
 peruerit, verbum Dei annuncia, & ubi  
 locum inveneris, nostræ Auctoritatis vi-  
 ces gerens Episcopos ordina. Non pi-  
 geat, dilectissime Frater! itinera car-  
 pere aspera & diversa, ut Christiana Fi-  
 des longe lateque tuo conamine extenda-  
 tur, & aliquando audias Dominum di-  
 centem: Euge Serve Bone, intra in gau- <sup>Matth. 25.</sup>  
 dium? &c. Hæc Epistola quarto Cal.  
 Nov. piissimi Domini Imperatoris Leo-  
 nis vigesimo tertio, Constantini Impe-  
 ratoris filii ejus vigesimo, Indictione o-  
 ctava, id est, vigesimo nono Octobris  
 anno reparatæ Salutis septingentesimo  
 trigesimo nono data. Unde etiam no-  
 tandum, quod Papa adhucdum Leonem  
 Imperatorem Principem suum agno-  
 sceret.

## §. XXVI.

*Papa a Carolo Martello auxilium  
 petit.*

Sub idem tempus Italiaë pax turbata est <sup>Paul. VI.</sup>

G 4

Trasi-hist. c. 55.



Sæcul. VIII. Traſimundi Ducis Spoletani defectio-  
 A. C. 74 . ne a Rege Luitprando Domino ſuo, quo  
Anaſt. in rebellem perſequentem, is Romam ſe re-  
Zach. cepit; atque Gregorio Papa & Stepha-  
 no Civitatis Romanæ Duce profugum  
 tradere recuſantibus, Luitprandus Ur-  
 bem obſedit, & Civitates quatuor Sub-  
 urbicarias cepit. Nihilominus Traſi-  
 mundus Romanorum viribus auctus Spo-  
 letum iterum in poteſtatem redegit.  
 Ceterum cum Rex Luitprandus Giſul-  
 fum, quod minore ætate eſſet, Ducatu  
 Beneventano privaret, populus, qui Gi-  
 ſulfi partes tuebatur, Spoletanis Roma-  
 nisque contra Longobardorum Regem  
 inito ſœdere junctus eſt.

*Fredeg. cont.*  
 3. c. 110. &  
 161. *Revin.*

Attamen Gregorius Papa, vir con-  
 ſummatae prudentiæ, cum facile prævi-  
 deret, horum populorum vires tanti Re-  
 gis potentiæ impares eſſe, ad Carolum  
 Martellum converſus, uno anno 741.  
 duas Legationes ad eum adornavit.  
 Multa dona ad Principem ferebant lega-  
 ti, & inter alia pulveres de clavibus ſe-  
 pulchri S. Petri abraſos, atque etiam de  
 catenis ejuſdem. Ceterum contra Lon-  
 gobardos auxilium petebant, ea condi-  
 tione, ut ſi id impetrarent, Papa ab Im-  
 peratore, utpote qui Italiam ſervare non  
 poſſet, deficeret, & Civitatis Romanæ  
 Con-

Consulatum Carolo daret (\*). Nunquam ante hunc diem ejusmodi Legatio Roma in Franciam advenerat. Porro duæ nobis supersunt Epistolæ a Gregorio III. Papa hac occasione scriptæ, quarum prima in hunc ferme sensum concinnata est. *Summo dolore cor nostrum obruitur, dum videmus, pauca quæ restabant, ad alendos pauperes & conservandum luminare, Luitprandi & Hildebrandi Longobardorum Regum vi fuisse ablata.* Scilicet cum Luitprandus in morbum incidisset, Longobardi putantes eum statim moriturum, Regem salutarunt Hildebrandum Nepotem ipsius, qui exinde cum eo regnavit. Tum in Epistola ulterius hæc leguntur: *Omnia S. Petri prædia destruxerunt, & pecus, quod aderat, abegerunt.*

*Quamvis vero ad te confugerimus, inde tamen nullum solatium huc usque percipimus. Sed videmus, quod magis fidem adhibeas his Regibus falsa quam nobis vera afferentibus, hinc sollicitus sum, ne ideo peccati reatum incurras. Quippe*

G 5                      hostes

(\*) Si quis Romanæ Ecclesiæ statum politicum in hoc Sæculo attente consideret, facile perspiciet, Pontifices ut non amplius Græcis Imperatoribus in totum subditi erant, ita necdum pleno jure Principis Sæcularis potestatem Majestatemque fuisse consecutos.

Nun-Sæcul. VIII.  
A. C. 741.

ep. 5. Greg.  
to. 6. Conc.  
p. 1472.

Paul. VI.  
hist. c. 55.

Sæcul. VIII.

A. C. 741.

*hostes insultant nobis dicentes: Carolum in auxilium vocasti. Veniat ergo cum Francorum exercitu, & eripiat te de manibus nostris. Quantus doloris sensus cor nostrum lancinat, dum talia audire cogimur, & videmus potentissimos Ecclesiæ filios ne quidem se movere, ut Matrem suam spirituales, Sanctam Dei Ecclesiam, & populum Christianum defendant? Carissime fili mi! Principi Apostolorum sine dubio vires non desunt, quibus domum suam populumque tueatur, & ulciscatur injurias ab Adversariis sibi illatas, sed experiri vult filiorum suorum amorem & fidelitatem. Ne credas Regum Longobardorum vocibus, si tibi dicant, Duces Spoletanum & Beneventanum fontes esse. Mentiuntur. Nulla alia horum Ducum, quam luere coguntur, culpa est, nisi quod anno superiore in nos armis invehi recusaverint, quod Reges fœdifragi fecerunt; nam in ceteris obedientiam præstare non detrectabant. Ut clarissime veritas pateat, mitte huc exploratæ fidei viros, qui suis oculis videant persecutionem, quam patimur, contemptum Ecclesiæ, Bona direpta, & peregrinorum lacrymas. Perorat denique Papa obtestans Carolum per Dei Judicium terribile, ne amicitiam Regis Longobardorum Principis Apostolorum Gratia præponat. Et in fine subjungit:*

*Harum*

*Harum litterarum lator Richardus fidelis servus tuus praesens tibi narrabit, quae oculis vidit, & quae deferenda ipsi mandavimus.* Verisimile est, quod Papa illud nudis verbis referri jusserit, de quo in Epistola nulla mentio; nempe se ab Imperatore defecturum & Carolo subditum fore.

Saecul. VIII.  
A. C. 741.

Cum haec Epistola nihil effecisset, Gregorius Papa ad eundem Carolum alteram dedit, qua vehementissime instat, ut opem ferat. De Longobardis dicit: *Omnia luminaria ad honorem ipsius Principis Apostolorum, & quae a vestris parentibus vel a vobis oblata sunt, ipsi abstulerunt. S. Petri Ecclesia rebus omnibus spoliata manet.* Inde cognoscimus, Principes Francorum jam illo aeo Ecclesiae Romanae dona magna misisse. Item videmus, Papam non petiisse, ut Carolus Dominatum terrenum, Principatusve, sed tantum patrimonium & dominium utile ad alendos pauperes & luminaria conservanda Ecclesiae Romanae assereret.

§. XXVII.

*Caroli Martelli Obitus.*

Carolus Martellus ideo in Longobardos movere non potuerat, quod eorum auxilio ad repellendos Saracenos opus esset. Hi enim anno septingentesimo

Fredeg. contin. 3. c. 109.  
chr. Fontanell. c. 9.

Sæcul. VIII.  
A.C. 747.

*Id. c. II.*  
*Coint. an.*  
739.

*Paul. VI.*  
*hist. c. 54.*

*Fred. Coint.*  
*c. 110.*

*Mabill. to.*  
*3. lit. p. 462.*

fimo trigesimo septimo rursus in Franciam irrupentes, & adverso Rhodano navigantes Avenionem ceperunt. At Carolus hac urbe iterum recepta, Narbonam etiam & reliquas Gothiæ Civitates profligatis Saracenis subiecit.

Rediere Arabes post biennium nempe anno septingentesimo trigesimo nono, atque urbibus Arelate, Avenione, Massilia, Arausione, Aquis, Apta Julia pluribusque aliis ejusdem Provinciæ occupatis Embrodunum quoque & Viennam vastarunt. Tunc igitur Carolus ad Luitprandum Longobardorum Regem Legatos misit, dona ferentes, & petentes auxilium. Is non cunctanter annuens cum toto exercitu iter ingressus est; quo comperto Saraceni fugientes Galliam pene totam purgarunt. Carolus recepta Avenione & integra Provincia usque Massiliam in Franciam reversus, Verbejæ ad Æsiam amnem morbo tentatur, ubi Legatis Summi Pontificis honorifice exceptis (postrema hæc fuit Legatio) dona Regia munificentia digna Romam misit, ea deferentibus Grimundo Abbate Corbejensi, & Sigiberto Monasterii S. Dionysii Anachoreta, qui deinde ibidem Abbas fuit. Carolo a Confessionibus fuerat Martinus Monachus ejusdem Abbatiaë Corbejensis Monachus, anno septingentesimo vigesimo sexto

sexto fati functus, qui vigesimo sexto Sæcul. VIII.  
 Novembris inter Sanctos colitur. A. C. 741.

Carolus Regnum Francorum in duos  
 filios suos partitus Carolomanno primo-  
 genito Austrasiam, Sueviam, postea Ale-  
 manniam dictam, & Thuringiam, Pipi-  
 no Burgundiam, Neustriam & Provin-  
 ciam dedit, & tandem Chierii ad Æsiam  
 eodem anno septingentesimo quadrage-  
 simo primo obiit, postquam annos viginti  
 sex Titulo Magistri Palatii seu Franco-  
 rum Principis regnasset. Sepultus est  
 in Ecclesia S. Dionysii prope Parisios,  
 quam multis donis locupletaverat. (\*)

§. XXVIII.

*Gregorii III. obitus.*

Gregorius III. Papa obiit eodem anno  
 741. Is multas Romanæ Civitatis  
 Ecclesias reparavit ornavitque, & inter  
 alias Ecclesiam S. Petri, quo concessas  
 sibi ab Eutychio Exarcho sex Columnas  
 onychinas duxit, easque statuit circa  
 Presbyterium ab utroque latere ante  
 Confessionem S. Petri, juxta sex alias  
 antiquas, super quas posuit trabes, ar-  
 gento vestitas & simulacris ornatas, u-  
 bi ab uno latere expressæ sunt effigies  
 Salva-

*Anast.*

(\*) Fabula damnationis Caroli cum corpore  
 & anima legi potest in C. Baronie ad hunc  
 annum.

Sæcul. VIII.  
A. C. 741.

Salvatoris & Apostolorum, & ab alio latere Dei Genitricis & Sanctarum Virginum. Super eas posuit lilia & *Pbara* seu Candelabra argentea. In eadem Ecclesia S. Gregorius condidit Sacellum a latere, quo stabant viri, in honorem omnium Sanctorum, ubi præter cetera posuit vas pretiosum, coronam cum Cruce in Altare dependente, Imaginem Sanctæ Virginis, Patenam & Calicem, omnia ex auro, & gemmis ornata. In Ecclesia S. Mariæ Majoris in Oratorio ad Præsepe posuit Imaginem Virginis Salvatorem in sinu amplectentis, auro gemmisque fulgentem. In Ecclesia S. Andreae simile simulacrum hujus S. Apostoli posuit. Aurum omne istarum oblationum, quarum pondus memoratur, septuaginta tres libras habet, argentum vero trecentas & septuaginta sex. Multorum autem, quæ dedit, pondus non legitur expressum. Aliquas Ecclesias reparans jussit eas imaginibus ornari, atque etiam atria ad S. Petrum, quæ pene collapsa erant.

Voluit, ut in Oratorio omnium Sanctorum, quod ad S. Petrum extruxit, trium Monasteriorum Monachi, qui huic Ecclesiæ serviebant, ad celebrandas Vigilias & Horas Canonicas venirent, ibique Presbyteri Hebdomadarii Sacris operarentur.

Præte-

Præterea S. Gregorius extruxit Mo-  
 nasterium prope Ecclesiam S. Chryfoga-  
 ni, in quo Monachi diu noctuque Offi-  
 cium Divinum sicut ad S. Petrum pera-  
 gerent, & Presbytero Titulari hujus Ec-  
 clesiæ non subessent. His Monachis  
 fundos dedit & Servos, alique pii Chri-  
 stiani Pontificis exemplum secuti iisdem  
 magna beneficia contulerunt. Prope  
 Palatium Lateranense erat vetus Mona-  
 sterium S. Joanni Evangelistæ, S. Joanni  
 Baptistæ & S. Pancratii Sacrum, tunc  
 penitus desertum. Gregorius Papa huic  
 fundos donavit, Bona creditoribus pignori  
 data redditis pecuniis redemit, Ab-  
 batem constituit, Monachos induxit, qui  
 in Ecclesia Salvatoris, pari ratione ac in  
 Ecclesia S. Petri Laudes Divinas per  
 diem & noctem decantarent. Idem Pa-  
 pa statuit, ut Subdiaconus Oblationa-  
 rius ex Palatio Patriarchali Luminare &  
 Oblationes, id est, panem & vinum, Ec-  
 clesiis Cemeteriis Urbis junctis suppe-  
 ditaret, ut ibi in Festis earum propriis  
 Missa celebraretur; Papa autem illum  
 Presbyterum, quem Missam illam cele-  
 brare oportebat, nominabat. Hodieque  
 Romæ in Ecclesia S. Pauli legitur vetus  
 Inscriptio, quæ indicat, quantam Obla-  
 tionem hic Papa ad celebrandas quoti-  
 die quinque Missas assignaverit. Gre-  
 gorius tribus Ordinationibus mense De-  
 cembri

Sæcul. VIII.  
 A. C. 741.

Gregor. III,

ap. Baron.  
 an. 741. n. 16.



Sæcul. VIII.  
A. C. 741.  
cembri Presbyteros viginti tres, Diaconos tres, & per diversa loca Episcopos octoginta creavit.

Cum S. Gregorio Papa sedente magna murorum pars fuisset collapsa, ipse sumptus ad reparandam ruinam suppeditavit. Non modicam quoque pecuniæ vim Trasimundo Duci Spoletano dedit, ad redimendum Castrum, quod sæpe facilitatem præbebat Romanum Ducatum invadendi. Hoc igitur Papa Ditioni Imperii adjecit. At Trasimundus fidem non servavit; promiserat enim, quatuor Civitates Romani Ducatus, quas foedere cum ipso inito Rex Luitprandus ceperat, esse reddendas. Gregorius III. cum Sacram Sedem tenuisset annis decem, mensibus octo, & viginti diebus, decimo Novembris anno septingentesimo quadragesimo primo diem clausit, & vigesimo octavo illius mensis ad S. Petrum sepultus est. Gregorius Sanctis adscriptus est, vacavitque Sacra Sedes dies octo.

*Mart. Rom.*  
*28. Nov.*

*Anast.*  
*Ado. Chr.*  
*an. 741.*

Ab eodem Gregorio III. Papa Villicarius Archiepiscopus Viennensis Pallium accepit; at Præsul hic videns Ecclesiam suam spoliatam & ad miserum statum redactam secessit in Monasterium Agaliense anno 740. ibique vitam finivit. Nempe Franci malis quorundam consiliis impulsi Bona Ecclesiarum in usus profa-

profanos perverse convertebant. Lug- Sæcul. VIII.  
 dunensis quoque Ecclesia direpta, atque A. C. 741.  
 tam ista quam Viennensis per aliquot  
 annos, scilicet Lugdunensis post obitum  
 Fulcoaldi, & Viennensis discedente Vil-  
 licario Episcopum non habuit. Inpri-  
 mis Carolus Martellus accusabatur, quod  
 Bona sacra usurparet. Et legimus etiam, c. 23. Chr.  
 quod magnam partem reddituum Eccle- Antis. tom. I.  
 siæ Antissiodorensi subtractam sex Prin- Bibl. no. p.  
 cipibus Bavaris distribuerit, Aidulfo E- 439.  
 piscopo nihil relinquens nisi centum Man-  
 suarios seu familias servitute adstrictas.  
 Interim qui eum defendunt, necessita-  
 tem bellorum, quæ contra Saracenos,  
 Frifones, & Saxones Deorum Cultores  
 gessit, objiciunt.

## §. XXIX.

*Leonis Obitus. Constantinus Copro-  
 nymus Imperator.*

Eodem anno, quo Carolus Martellus Theoph. an.  
 & Gregorius III. e vivis abierunt, 24. p. 346.  
 etiam Leo Imperator, scilicet anno se-  
 ptingentesimo quadragesimo primo In-  
 dictione nona decimo octavo Junii na-  
 turæ concessit, postquam imperasset an-  
 nis viginti quatuor, mensibus duobus,  
 & diebus viginti quinque. Constanti-  
 nus filius ejus, qui cum Patre annis vi-  
 ginti & uno regnaverat, tunc solus Im-  
 perii habenas capessivit, quas adhucdum

*Hist. Eccles. Tom. X.*

H

an

**Sæcul. VIII.****A. C. 741.****Theoph. ibid.**

annis triginta quatuor obtinuit. Eum  
sui ludificantes cognomento Coprony-  
mum dixerunt ob illud, quod cum ba-  
ptizaretur, acciderat. Caballinum quo-  
que appellabant, quia corpus fimo & u-  
rina equina oblinire amabat; sive super-  
stitio, sive singularis appetitus fuit. Ce-  
terum hic Constantinus vir erat rustici-  
tate, immanitate, crudelitate, & impu-  
dicitia infamis, atque patris exemplo  
magnum hostis. Imo non Sanctos mo-  
do, sed ipsum Jesum Christum contem-  
nere, & magicis artibus addictus esse  
ferebatur.

**Theoph. an.****1. p. 347. 348.**

Cum igitur odio esset omnibus, sub  
initia Regni Artabastus, qui Imperatoris  
sororem duxerat, seditionem movit. Er-  
rat Artabastus Curopalates & obsequio-  
rum Comes, quem virum Orthodoxum  
omnes sciebant. Constantinum in A-  
siam advenientem anno Regni sui se-  
cundo Indictione decima, Christi septin-  
gentesimo quadragesimo secundo, ut bel-  
lum inferret Arabibus, Artabastus, qui ibi  
dem jam ante versabatur, primo proelio  
victor compulit ad fugam; & ille Amo-  
rium in Phrygia se recepit. Artabastus  
interim Constantinopolim reversus Con-  
stantinopolitanis fidem fecit, Constanti-  
num vita fuisse exutum; quod nuncium  
populi & Patriarcha accipientes maxi-  
mam professi sunt lætitiā. Illico in  
Con-

Constantinum Anathema dictum. Vi- Sæcul. VIII.  
rum nefandum & impium appellabant, A. C. 741.  
cujus cadaver esset refodiendum; Artabastum Imperatorem proclamant. Anastasius Patriarcha veram Crucem manibus tenens coram populo per eum, qui in Cruce pependerit, juramento affirmavit, auditum fuisse a se Constantinum sibi dicentem: *Ne existimes, Filium quem genuit Maria, quique dicitur Christus, Filium Dei esse, sed purum hominem. Maria autem eum peperit, sicut me peperit Maria mater mea.* Horrendis vocibus populus valde commotus exclamavit: Refodiatur. Artabastus vero in omnibus Civitatibus sibi subjectis Sacrorum Imaginum cultum restituit.

## §. XXX.

*Patriarchæ Antiocheni & Alexandrini.*

Arabes Musulmani, cum Romani dividerentur, occasione usi multos in captivitatem abstraxerunt, & Icham Califa, qui adhucdum regnabat, anno superiore, Leonis ultimo, omnes Christianos bello captos in omnibus imperii sui urbibus interfici jussit. Hos inter numeratur Eustathius Marini Patricii filius, cujus in Fide constantia cum multis tormentis frangi non potuisset, tandem Caris in Mesopotamia Martyrii palmam ad-

*Theoph. an.  
2 p. 349.*

Sæcul. VIII.  
A. C. 741.

aptus est, ejusdemque Reliquiæ ibidem miraculis claruere. (\*) Plures alii in illa persecutione passi sunt; at nihilominus idem Icham Califa, cum ipsi Monachus quidam Syrus nomine Stephanus vir rusticus sed pius factus esset carissimus, ultro Christianis Orientis licentiam obtulit, hunc, si vellent, Patriarcham eligendi. Crediderunt Christiani cœlesti instinctu id obvenire, nam ab annis quadraginta Sedes Antiochena vocabatur, quod Arabes electionem prohibuissent. Ergo Catholici Stephanum ordinarunt. Exinde Patriarchæ Antiocheni nemine obstante electi fuere. Eodem tempore Alexandria Patriarcha Melchita erat Cosmus anno 7. Icham salutis 730. ordinatus, vir simplex, literas nec legere nec scribere doctus, cuius ars erat acus cudere. Is Ichamum Damasci adiit, & quorundam virorum doctorum auxilio obtinuit, ut Ecclesiæ, quas Jacobitæ occupaverant, sibi redderentur, attulitque Epistolas, in quibus mandata ad Præfectum Ægypti continebantur. Imo in possessionem Ecclesiæ Patriarchalis, dictæ Cæsarianæ, ex qua Melchita

Sup. Lib.  
XXXVIII.  
§. 23.

(\*) Der Protestant hat in diesem Orte ein  
sollen hineingesicket, welches im Fleury nicht ist.  
Wo seine Reliquien Wunderwerke verrichten  
sollen.

chitæ annis nonaginta septem exclusi fue- Sæcul. VIII.  
 rant, nempe ab anno 640. & capta a A. C. 741.  
 Musulmannis Alexandria, usque ad an-  
 num 737. rediit. Melchitæ Alexandrini  
 in Ecclesia S. Sabæ orare solebant. Nam  
 Jacobitæ ceteras omnes Ecclesias Civita-  
 tis Alexandrinæ & Ægypti tenebant. De-  
 functo in aliqua Civitate Episcopo, Jaco-  
 bitarum Patriarcha alium in ejus locum  
 ordinabat. Imo Nubiæ quoque populis  
 Episcopos dabat, qui exinde Jacobitarum  
 Sectæ juncti sunt. Melchitis una tan-  
 tum erat Ecclesia, in loco qui *Casrit-Sa-*  
*ma* dicebatur, & Episcopo mortuo ad Ar-  
 chiepiscopum Tyriensem mittebant, qui  
 alium sibi ordinari peterent. Illo anno,  
 quo Icham excessit, nempe 743., Cos-  
 mus abjecta Monothelitarum Hæresi,  
 quam Melchitæ Alexandrini a Cyri Pa- Theoph. aut  
 triarchæ temporibus secuti fuerant, cum 2. p. 349.  
 populo suo ad Fidem orthodoxam re-  
 diit.

Patriarcha Jacobita Alexandrinus, Chr. Orient.  
 imperante Califa Ichamo, fuit Cosmus \*, pag. 106.  
 qui anno Hegiræ 108. Jesu Christi 726. Emac. p. 82.  
 Alexandro successit; post menses quin- \* alius a Cos-  
 decim electus est Theodorus, qui Sedem mo Melchitæ  
 annis undecim tenuit. Tandem anno  
 Hegiræ 120. Diocletiani 460. Jesu Christi  
 738. Jacobitæ Alexandrini Patriarcham  
 elegerunt *Chail* seu *Michaelem*, qui Sedem  
 viginti tribus annis tenuit. Antiochiæ

H 3

Athz-

Sæcul VIII. Athanasio Patriarcha Jacobita defuncto,  
 A C. 741. Joannes anno Ichami primo successit.  
 Et quamvis ipsius Episcopi primum sub-  
 esse detrectarent, postea tamen reconci-  
 liatis in illa Sede præfuit usque ad Re-  
 gnum Abdallæ *Saffab*, qui anno septin-  
 gentesimo quadragesimo nono imperare  
 cœpit. Jerosolymæ postquam Theodo-  
 rus Patriarcha Melchita Sedem tenuisset  
 annis triginta quinque, successit ei Elias  
 anno Ichami decimo septimo, Jesu Chri-  
 sti septingentesimo quadragesimo quar-  
 to, & annis triginta quinque sedit.

## §. XXXI.

*Martyres in Oriente.*

*Elmach. c. 7.*  
*p. 81.*  
 Califa Icham e vita migravit anno  
 Hegiræ centesimo vigesimo quin-  
 to, Jesu Christi 743. postquam ultra  
 annos novemdecim regnasset, quo de-  
 functo Familia *Ommia* brevi temporis spa-  
 tio extincta est, septem enim non plus  
 annis superstes fuit, atque intra paucu-  
 los hos annos Califæ quatuor numeran-  
 tur. Primus eorum *Owalidus II.* Filius  
*Yezidi II.* Ichami nepos cum quindecim  
*Theoph. an.*  
*2. p. 349.*  
 mensibus imperasset, ob ingluviem &  
 animum in Mahometem impium fasces  
 ponere iussus est. Nihilominus etiam  
 brevi hoc tempore Christianos persequi  
 vacavit, quippe Petrum Metropolitanum  
 Damasci, ubi etiam residebat, quod aper-  
 re

te impietatem Arabum & Manichæorum Sæcul. VIII.  
argueret, abscissa lingua proscriptis in A. C. 741.  
Arabiam felicem, ubi vir Sanctus occu-  
buit.

Petrus quoque Majumensis eodem tempore gloriosi Martyrii occasionem quæsiuit. Cum morbo decumberet, vocatis ad se Arabum Magistratibus amicis suis, quippe ipse tributa publica redimebat, dixit: *Deum precor, ut vestram humanitatem, qua me ægrotantem invisitis, remuneretur. Sed volo, vos testes esse mei testamenti, quod hujus est argumenti: quicumque non credit in Patrem, in Filium, & in Spiritum Sanctum, Trinitatem consubstantialem, is cæcus est secundum animam, & supplicio æterno dignus, sicut Mahomet pseudopropheta vester & Antichristi præcursor. Ergo ipsius fabulas rejicite! obtestor vos in hac hora, atque Cælum & terram in testem invoco. Plura hujus modi ingerentem, quamvis offenderentur his sermonibus, patienter ferre statuerunt, ea ratione, qua vi morbi delirantes toleramus. Ille vero postquam ex morbo convaluit, cœpit acerbius Mahometi, libro ejus fabulis referro, & omnibus ei fidem habentibus anathema dicere. Itaque capite plexus est. Scripsit Elogium Martyris S. Joannes Damascenus, cumque Ecclesia vigesimo primo Februarii inter Martyres honorat;*

*Martyr. R.*  
*21. Febr.*  
*4. Octobr.*



Sæcul. VIII. Petrum vero Damascenum quarto Octo-  
 A C. 741. bris.

## §. XXXII.

*Alphonfus Catholicus.*

*Sebast. Sal-*  
*mant. p. 47.*

In Hispania Christiani vires sensim reci-  
 piebant. Pelagio Rege æra 775. nem-  
 pe anno septingentesimo trigesimo septi-  
 mo fati functo, qui non plus duobus an-  
 nis regnavit, & Successorem habuit Al-  
 phonsum Ermesindæ Sororis suæ virum  
 Petri Ducis Cantabrorum filium, genus  
 a Rege Reccaredo ducentem, Rex Al-  
 phonfus cognomento Catholicus Arabes  
 quorum accisæ vires erant, cladibus in  
 Francia acceptis, aliquoties prælio vi-  
 ctos multis urbibus exiit. Has nume-  
 ro triginta & unam fuisse referunt, qua-  
 rum præcipuæ erant Lucus Augusti, Tu-  
 de, Portugallia, Bracara Lusitaniæ Me-  
 tropolis, Salamanca, Sertina, Abula, Se-  
 gobia, Asturiga, Legio. Arabes istarum  
 urbium incolas internecone delevit, &  
 Christianis in Asturiam secum abductis,  
 eas desertas reliquit. In quasdam vero  
 alias novos incolas induxit, quarum ex  
 numero fuere Burgi. Lucum quoque in  
 Gallæcia ad Minium annum civibus re-  
 plevit, deditque Episcopum nomine Odo-  
 arium, qui postquam Ecclesiam & urbem  
 restauravit, in adjacentes etiam agros  
 cultores immisit. Rex Alphonfus mul-  
 tas

*Diplom. an.*  
*744. ep. mo-*  
*ral. l. c.*

tas Ecclesias vel a fundamentis erexit, vel reparavit, cumque annis octodecim felicissime regnasset mortuus est an. 757. æra 795. filium suum Froilam Successorem relinquens. Alphonfus & Conjux ejus Ermesinda in Monasterio S. Mariæ haud procul *Cangas* sepulti sunt.

Monasteria aliqua in Hispania etiam sub Arabum Dominatu conservabantur. Id patet, ut alia prætereamus, ex litteris tutelariis, quas duo illius nationis Belliciduces civibus Conimbricis vicinisque colonis concesserunt, æra septingentesima septuagesima secunda, seu anno septingentesimo trigesimo quarto datas. In his litteris præcipitur, ut tributum, quod Arabes dabant, Christiani duplicarent, nempe quælibet Ecclesia penderet libras argenti viginti quinque, Monasteria quinquaginta, & Ecclesiæ Cathedralis centum. Christiani Comitem habeant Conimbricæ, & alium suæ nationis Goadathæ seu Aguedæ, qui petentibus jus dicant; sed reos morte punire non possint, nisi *Alcaide* seu *Alguazil* Arabs mandaverit, eorumque sententiam confirmaverit. In exiguis vicis Christiani Judices constituent. Si Christianus Arabem occiderit aut injuriam fecerit, ab *Alguazil* seu *Alcaide* secundum legem Arabum judicetur. Si Christianus virginem Arabem ludificatus fuerit,

H 5 Musul-

Sæcul. VIII.  
A. C. 741.

*Sandoval.*  
*hist. p. 87.*

Sæcul. VIII. Musulmannus fiat, & eam ducat; si no-  
 A. C. 741. lit, interficiatur. Si nuptæ illuserit, oc-  
 cidatur. Si quis Christianus intret *Moscheam*, si *Allach*, id est, Deo, si Mahometi maledicat, Musulmannus fiat, aut interficiatur. Episcopi Christiani Regibus Musulmannorum non maledicant, indicta pœna capitis. Presbyteri non nisi foribus clausis Missas celebrent, indicta decem librarum argenti multa. Monasteriis, si dictas quinquaginta libras solverint, pax & quies præstetur. *Monasterium Lorbanense nihil pendat, dicit litterarum tutelarium Auctor, quia Monachi isti mihi ad venandum exeunti bona fide ferarum latibula indicant, & venientes ad se Musulmannos humane excipiunt. Ideo Bona sua in pace possideant, Conimbricam, ut lubet, commeent, a pensione quæ datur emptionis vel venditionis causa, exempti sint, ea conditione, ne sine nostro consensu ex Ditione nostra exeant.* Monasterium Lorbanense hodieque stat, & a Monachis Ordinis Cisterciensis habitatur. Ex his litteris Lectores conjiciant, quæ Christianorum in reliquis Hispaniæ partibus conditio sub potestate Arabum fuerit.

§. XXXIII.

*Zacharias Papa.*

Romæ Gregorio III. Papæ successit Zacharias

charias natione Græcus, (\*) Polycronii  
 Filius, vigesimo octavo Novembris anno  
 septingentesimo quadragesimo primo or-  
 dinatus, & tenuit Sedem Sacram an-  
 nis decem, tribus mensibus, & diebus  
 tredecim, vir mitissimus atque suavis,  
 neque vindictam secundum meritum tri-  
 buens; quippe eos, qui se antequam ad  
 Pontificatus apicem eveheretur, perse-  
 cuti fuerant, concessis honoribus promo-  
 vit & facultatibus ditavit. Clerum po-  
 pulumque Romanum amavit usque ad  
 eo, ut in illo tumultu, quo Italia Duci-  
 bus Spoleti & Beneventi in Regem Luit-  
 prandum seditionem moventibus concu-  
 tiebatur, vitæ periculum lubens subierit.

Sæcul. VIII.  
 A. C. 741.

Anast.

Zacharias missis ad Regem Luitpran-  
 dum Legatis, cunctantem suis exhorta-  
 tionibus tandem permovit, ut quatuor  
 urbes de Ducatu Romano captas se red-  
 diturum promitteret. Ceterum cum  
 Rex anno septingentesimo quadragesimo  
 secundo Indictione decima arma arripuis-  
 set, Trasimundum Ducem Spoletanum  
 occupaturus, impellente Papa Romani co-  
 pias suas pro Rege adversus Ducem, qui  
 se promisso non exsolverat, dimicaturas  
 miserunt. Itaque Trasimundus a Roma-  
 nis

Sup. §. 24.

(\*) Forte ex Calabria, quæ olim Magna  
 Græcia dicta. Ita non inepte arguit Palatius  
 & Recentiores.

Sæcul. VIII. nis proditus dedit se Regi, qui rebellem  
 A. C. 742. coegit, ut se ordine Clericali initiari pa-  
Paul. Diac. teretur. Exinde Rege promisso suo sta-  
 VI. hist. c. re & quatuor urbes reddere differente,  
 57. & tergiversante, Zacharias Roma egres-  
 sus comitantibus Episcopis & Clericis  
 Interamni, vulgo *Terni* duodecim mil-  
 libus a Spoletio dissito eundem adiit. Rex  
 Pontificem honorifice excepit, atque ad  
 Ecclesiam S. Valentini Episcopi Interam-  
 niensis & Martyris, qui quarto Februa-  
 rii honoratur, deduxit. Ibi igitur Papa  
 Regem vehementer hortari, ut sanguini  
 humano parceret & pacem mortalibus  
 daret, impetravitque, ut quatuor urbes  
 restitueret. Jussit Rex, ut litteræ dona-  
 tionis conscriberentur, reddiditque S. Pe-  
 tro Patrimonium Sabinense, ab annis fer-  
 me triginta ablatum, item Patrimonia  
 Narniense, Auximense Anconitanum, &  
 quædam alia, pacemque in annos vigin-  
 ti duraturam cum Ducatu Romano sanc-  
 civit. Captivos quoque, quos ex diver-  
 sis Romanorum Provinciis habebat, om-  
 nes redire ad sua permisit. Duæ igitur  
 erant pacti hujus distinctæ partes, scilicet  
 Bonum publicum Ducatus Romani sem-  
 per Imperio subjecti, & Bonum priva-  
 tum Ecclesiæ Romanæ, quantum ad ejus-  
 dem patrimonia spectabat.

*Martyr. R.*  
 14. Febr.

Die altero, qui erat Dominicus, Pa-  
 pa a Rege rogatus Episcopum in Eccle-  
 sia

fia S. Valentini ordinavit, atque Eccle-  
 siasticas Cæremonias tanto Pietatis fer-  
 vore peregit, ut multi Longobardorum  
 Regem comitantium, cum Pontificem  
 preces concipere audirent, ad lacrymas  
 moverentur. Finita Missa Papa Regem  
 invitavit ad prandium, quod tam opipa-  
 rum exhibuit, ut Rex fateretur, nun-  
 quam se lautius fuisse habitum. Die Lu-  
 næ Rex Pontifici valedicens, eidem Agi-  
 prandum Ducem Elusinum Nepotem  
 suum & ex Proceribus tres alios dedit,  
 qui eum ad urbes reddendas comita-  
 rentur, & quod pactum erat, perficerent.  
 Erant autem urbes Ameria, Horta, Po-  
 lymartium, & Blera, quibus receptis Pa-  
 pa Romam quasi triumphans reversus  
 collecto populo egit Deo Gratias, Sup-  
 plicatione solemnè ex Ecclesia Dominæ  
 Nostræ ad Martyres, id est, *della Roton-  
 da*, usque ad Basilicam S. Petri indicta.

## §. XXXIV.

*Novi Episcopatus in Germania.*

Sanctus Bonifacius tunc in Germania  
 agens, comperto, quod Gregorius  
 Papa vita functus esset, & electus Za-  
 charias, data epistola suam subjectionem  
 professus est, & significavit, tres in Ger-  
 mania Episcopales Cathedras fuisse ere-  
 ctas, nempe Herbipoli in Franconia seu  
 Francia Orientali, Buraburgi in Hassia,  
 &

Sæcul. VIII.  
 A. C. 742.

Sæcul. VIII.  
A. C. 742.

Act. SS.  
Ben. to. 3.  
p. 699.

Coint. an.  
742.

6. 2.

& Erfordia in Thuringia. Primus Episcopus Herbipolensis fuit S. Burchardus in Anglia natus, quem S. Bonifacius in Germaniam vocatum anno septingentesimo quadragesimo primo Episcopum ordinavit. Tenuit hanc Sedem annis novem, atque ejus memoria secundo Februarii in Ecclesia honoratur. Primus Episcopus Buraburgi fuit Vitta alio nomine Albuinus, id est, Albus. Urbs Buraburgensis olim haud procul Fridelaria sita hodie nulla est, & Erfordia nullum habuit Episcopum nisi primum nomine Adelarium. Itaque ex his tribus Ecclesiis sola Herbipolensis ætatem tulit. S. Bonifacius a Papa petebat, ut novos Episcopatus confirmaret, & sic in futura tempora cujuslibet Ecclesiæ limites definitur.

Tum S. Bonifacius in hac epistola subjungit: *Id quoque scire te velim, Carolomannum Francorum Ducem me rogasse; ut Concilium congregem in illa Regni parte, quæ sibi paret, promisitque mihi, se operam daturum, ut Disciplina Ecclesiastica restituatur. Quippe, ut seniores affirmant, jam plures quam cætoginta anni effluxerunt, ex quo Franci ultima celebrarunt Concilia, & Archiepiscopos habuerunt; jamque pleræque Sedes Episcopales Laicis avaris, vel Clericis libidinosis, vel publicis quæstoribus tanquam bona profana*

na traditæ sunt. Si hoc negotium Duce Sæcul. VIII.  
 rogante mihi suscipiendum est, inprimis A. C. 742.  
 litteras tuas & Canones in manibus habeam  
 oportet. Deinde Papam consulit de diver-  
 sis Disciplinæ Articulis in quinque Quæsti-  
 ones principales divisus, & tandem de qui-  
 busdam munusculis, quæ Pontifici mit-  
 tit, mentionem facit. Si octoginta anni  
 præteriti numerentur, in quibus Præla-  
 torum in Francia regnasset ignavia, ad  
 annum sexcentimum sexagesimum re-  
 deundum foret, & tempora filiorum Clo-  
 dovei II. qui inter Reges inertes primi  
 habentur. Attamen ad universam Fran- Sup. l. XLI.  
 ciam non extendenda esse rerum Eccle- §. 3. Coint.  
 siasticarum gnari existimant, quæ S. Bo- an. 688. n. 7.  
 nifacius de cessatione Conciliorum & Ca- Coint. an.  
 thedrarum Metropolitanarum vacantia 742. n. 10.  
 dicit. Quippe S. Ansbertus Rothomagi  
 anno 688. Concilium celebravit, & di-  
 stincte novimus, quinam viri, S. Bonifa-  
 cii hæc scribentis ætate, Sedes Rothoma-  
 gensem, Turonensem, Senonensem, Lug-  
 dunensem & quasdam alias Metropoliti-  
 cas tenuerint. Sed potius credunt, has  
 querelas accipi debere de solis duabus  
 Provinciis Germanicis ultra Rhenum po-  
 sitis, quæ Archiepiscopum non habuerant  
 a temporibus Dagoberti, & S. Amandi id. an. 623.  
 Præsulis, secundi Episcopi Wormatien- n. 5. 627.  
 sis, qui ambarum Provinciarum Metro- n. 10.  
 polita erat.

§. XXXV.



Sæcul. VIII.  
A. C. 742.

§. XXXV.

*Zachariæ Papæ Epistolæ.*

**Z**acharias Papa data ad S. Bonifacium  
*Ep. 1. to. 6.* Responsorialia novos Episcopatus ere-  
*Conc. 1498.* ctos fuisse probat, monet tamen oportere  
 meminisse Canonum prohibentium, ne in locis exiguis Episcopi constituantur. Et ex hac forte causa Episcopatus Buraburgensis & Erfordiensis extincti sunt. Jubet, ut, quod Carolomannus cupit, Synodus celebretur, *non enim alia via melius*, inquit, *quid sit Sacerdotium, & quid fiat ab eis, qui se Sacerdotes nominant, cognoscitur.* Deinde ad Quæstiones Bonifacii respondens, præcipit, ne ullatenus Sacerdotio fungi sinantur Episcopi Presbyteri aut Diaconi, qui adulterio vel fornicatione involuti fuerint, qui plures uxores habuerint, qui sanguinem Christianorum aut paganorum fuderint, aut quocunque alio modo contra Canones peccaverint.

Ceterum Gregorius III. Papa licentiam Bonifacio dederat, quemdam Presbyterum sibi in Successorem nominandi. Accidit deinde, ut hujus Presbyteri frater patrum Ducis Francorum occideret, unde secundum nationum barbararum legem plurimæ cædes oriebantur, quia omnibus occisi propinquis interfectorem ad necem persequendi potestas fiebat. Cum igitur Bonifacius hac super re Zachariam Papam

Papam consulisset, respondit: *nulla ratione fieri patimur, ut te vivente in tuo loco eligatur Episcopus, quia id contra omnem Ecclesiasticam Regulam esse monstratur. Sed ora Deum, ut tibi dignum Successorem substituatur, & illa hora, qua te ex hac vita migraturum sciveris, Episcopum designa presentibus cunctis, qui deinde huc veniat ordinandus. Idque tibi in hoc negotio, quod alias nemini, concedimus.*

Sæcul. VIII.  
A. C. 742.

Quidam vir laicus, cujus magna erat Auctoritas, venit ad S. Bonifacium & dixit, licentiam sibi a Gregorio Papa datam ducendi avunculi sui viduam, aliunde etiam tertio gradu sibi cognatam, quæ præterea, antequam nuberet, castitatem voverat, & velum monasticum gestaverat. S. Bonifacius dicebat: *in patria mea ejusmodi nuptiæ incestus nefarius haberentur ab omnibus; at hi populi rudes & barbari Allemanni, Bavari, Franci, si aliquid, quod nos prohibemus, Romæ tolerari vident, contendunt, id sibi licere, & scandalum a nobis accipiunt.* Ex his verbis dispicimus, quam necessarium fuerit, ut S. Bonifacius his Barbaris nomen & Auctoritatem Papæ objiceret. Zacharias ad hunc Articulum respondet in hunc modum: *absit, ut credamus, Antecessorem nostrum hanc licentiam dedisse.* Nullum Decretum a Sacra Sede

6.5.

Hi. Eccles. Tom. X.

I

pro-

Sæcul. VIII.  
A. C. 742.

*proficiscitur, quod Sanctis Canonibus ad-  
versetur.*

c. 6.

*Quod vero spectat ad superstitiones  
primi diei Januarii, scilicet, auguria,  
phylacteria, incantationes, & alias ejus-  
modi paganorum consuetudines, quas dicitur  
Romæ prope Ecclesiam S. Petri tolerari,  
scito, nos eas ex sententia omnium Chri-  
stianorum rebus detestabilibus accensere.  
Et quia per instigationem diaboli iterum  
pullulabant, a die, qua jussit nos Dominus  
Apostoli vicem gerere, ea illico amputavi-  
mus, ducti exemplo Gregorii Papæ Ante-  
cessoris nostri, edita Constitutione, cujus  
exemplar tibi mittimus.*

Zachariæ Pa-  
pæ Epistolæ.

*Dantur, dicebat S. Bonifacius, Epi-  
scopi & Presbyteri ex gente Francorum  
adulteri & fornicatores, quod proles post  
ordinationem ipsorum edita manifestat.  
Hi Romæ fuerunt & audent affirmare, li-  
centiam sibi a Papa datam officiis suis fun-  
gendi. Nos econtra iis denunciavimus,  
rem esse inauditam, quod aliquando Sacra  
Sedes quidquam contra Canones decrevisset.*

c. 7.

*Zacharias Papa respondet: Nulla ra-  
tione credat tua Sancta Fratervitas, his  
licentiam, quam dicunt, esse concessam,  
sed Canonicam in eis exerce vindictam.  
Non enim aliud te agere volumus, præ-  
terquam quæ Sacri præcipiunt Canones,  
vel quæ ab ista Sede Apostolica edoctus es.*  
Nec

*Nec aliud nobis convenit prædicare, quam quæ a SS. Patribus accepimus.*

Sæcul. VIII.

A. C. 742.

*Si vero novi aliquid acciderit, non pigeat te id nobis insinuare, & tibi, quæ ad emendationem novæ plebis esse possunt, mature respondebimus. Cognoscat enim tua Sancta Fratervitas, ita Dilectionem tuam nos habere in nostris præcordiis, ut te præsentem conspicerere quotidie desideremus. De cetero confortare in Domino & labora in opere, ad quod Divina te voluit vocare Clementia. Magna quippe te spes remunerationis expectat; & nos, licet peccatores existamus, tamen Dei nostri non cessamus immensam exorare Clementiam, ut quod cepit in te, perficiat opus bonum, & Princeps Apostolorum Petrus cooperetur tibi. Hæc epistola primo die Aprilis a coronatione Constantini anno vigesimo quarto, Imperii ejus post defunctum patrem secundo, Indictione undecima data est. Unde cognoscimus fuisse annum Salutis septingentesimum quadragesimum tertium.*

*Eodem tempore scripsit Papa ad Episcopos tres nuper ordinatos. Una erat epistola ad omnes tres, & illam, quæ ad S. Burchardum Wirceburgensem directæ est, habemus. In ea novæ Sedes confirmantur, & prohibetur, ne quis alius præter Papæ Vicarium ibi Episcopos ordinet. Scripsit etiam Pontifex epistolam*

V. Bas. an.

742. n. 7.

Coint. an.

eod. n. 2. an.

743. n. 31. 32.

Zach. ep. 11.

to. 6. Conc.

p. 1501.

Sæcul. VIII. lam ad Principem Carolomannum, quæ  
 A.C 742. non amplius extat.

## §. XXXVI.

*Concilia in Germania.*

Carolomannus ut exequeretur, quod  
 promiserat, Synodum in Germania  
 celebrari iussit; at locus determinatus  
 non scitur. Appositus est dies vigesimus  
 primus Aprilis anno septingentesimo qua-  
 dragesimo secundo, & Carolomannus  
 proloquitur; se ex consilio Servorum Dei  
 & Aulæ suæ Procerum, Regni sui Episco-  
 pos convocasse, nimirum Bonifacium Ar-  
 chiepiscopum, Episcopos Burchardum,  
 Regenfridum, Vittam, Willibaldum, Da-  
 danum & Eddanum cum Presbyteris suis,  
 ut se consilio adjuvarent, qua ratione Lex  
 Dei & Disciplina Ecclesiastica sub præce-  
 dentibus Principibus collapsa restitui pos-  
 sent, & caveri, ne populus fidelis a Pseudo-  
 presbyteris, sicut superiore tempore fa-  
 ctum, decipiatur. Reginfridus seu Rainfre-  
 dus erat Episcopus Coloniensis. Willibal-  
 dus ille est, quem Roma missum S. Boni-  
 facius in autumno anni superioris pri-  
 mum Episcopum Eichstädtensem ordina-  
 verat, in qua Consecratione ei adstite-  
 rant S. Burchardus Herbipolensis & Vizo  
 Episcopus Augustanus. Inter Episcopos  
 Concilii Germaniæ Vittam erat novus  
 Episcopus Buraburgensis, Dadanus Episcopus

To. 6. Conc.  
 p. 1534. vit.  
 Bon. per  
 Othl. lib. 1.  
 c. 34.

Carolom. c. I.  
 tom. p. 145.

Vita Vileb.  
 c. 2. to. 4.  
 Act. SS.  
 Ben. p. 381.

copus Ultrajectensis, qui Sancto Willebrordo, anno septingentesimo trigesimo nono defuncto septimo Novembris, quod die Ecclesia ejus memoriam honorat, successerat; Eddanus vero erat Episcopus Argenteratensis.

Sæcul. VIII.

A. C. 742.

vit to. 3. Act.

SS. Ben. n.

34. 161. Ma-

bill. Martyr.

R. 7. Nov.

In hoc Concilio sexdecim Canones legimus conditos, quos alii ad septem reducunt. In Canone primo Episcopi a Bonifacio Archiepiscopo, qui Sancti Petri Missus dicitur, constituti confirmantur. Statuitur, ut singulis annis Synodus congregetur, in quo presente Principe Religio Christiana emendetur. Pecuniæ Ecclesiis ablatae restituantur. Presbyteri vel Clerici libidinis crimine notati bonis Ecclesiæ non fruuntur, sed gradu suo dejiciantur, & ad pœnitentiam cogantur. Clerici arma non gestent, non dimicent, in hostem cum exercitu non pergant, nisi illi tantum, qui ad celebranda Missarum Solemnia, & portandas Sanctorum Reliquias electi fuerint. Nempe unus vel duo Episcopi cum Capellanis & Presbyteris suis. Hic primo vox Capellani occurrit. Concilium porro dicit: *Unusquisque Præfectus secum habeat unum Presbyterum, qui confitentes peccata sua judicent, & pœnitentiam indicent. Omnibus Dei Servis, id est, Clericis, interdiciamus venationes, & Silvas vagationes cum canibus. Nec accipitres*

Sæcul. VIII.

A. C. 742.

pitres aut falcones habeant. Unusquisque Presbyter subiectus sit Episcopo Diocesano suo, & singulis annis in Quadragesima rationem & ordinem Ministerii sui, sive de Baptismo sive de Fide Catholica sive de precibus & ordine Missarum eidem Episcopo rationem reddat. Quandounque Episcopus secundum jus Canonicum circumierit ad confirmandos populos, Presbyter cum populo ad suscipiendum Episcopum semper præstet. In Cæna Domini novum Cbrisma ab Episcopo accipiat. Episcopi & Presbyteri ignoti, undecunque venerint, ad Ministerium Ecclesiasticum ante approbationem Episcopi in Synodo non admittantur. Unusquisque Episcopus adjuvante Comite sollicitudinem gerat, ut populus Dei omnes Superstitiones paganorum respuat & abjiciat; nimirum profana mortuorum Sacrificia, Sortilegos, Divinos, Phylacteria, Auguria, incantationes, victimas, quas stulti homines juxta Ecclesias ritu paganorum immolant sub nomine Martyrum & Confessorum; item illos sacrilegos ignes, quos NIEDFYR vocant, omnesque ejusmodi observationes. Quisquis Servorum Dei, vel Ancillarum Christi post hanc Synodum in crimen fornicationis lapsus fuerit, in carcere penitentiam agat in pane & aqua. Et si ordinatus Presbyter sit, duos annos in carcere permaneat, antea flagellis cruentatus.

Episco-

V. Conc.

Suess. c. 5.

Episcopus quoque, si visum fuerit, pœnam Sæcul. VIII.  
 augeat. Si autem Clericus vel Monachus A. C. 742.  
 in hoc peccatum inciderit, post tertiam  
 verberationem in carcerem mittatur, &  
 uno anno pœnitentiam agat. Similiter  
 & Nonnæ velatæ eadem pœnitentia conti-  
 neantur, & radantur omnes capilli capi-  
 tis earum. Ergo necdum erat consuetu-  
 do capillos earum radendi, cum velaren-  
 tur. Presbyteri vel Diaconi non sagis  
 laicorum more sed casulis utantur. Ergo  
 sagum adhucdum vestitus vulgaris Cle-  
 ricorum erat. Monachi & Ancillæ Dei  
 Regulam S. Benedicti observent. Hic Ca-  
 non primus est, quod sciam, qui hanc  
 Regulam universalem reddidit. Ve-  
 rumtamen consuetudo eandem in plera-  
 que Monasteria jam prius induxerat.

Cum ad Zachariam Papam S. Boni-  
 facius datis epistolis, quæ in hoc Conci-  
 lio acta essent, detulisset, scripsit Ponti-  
 fex epistolam universalem ad omnes  
 Francos directam, qua Concilium con-  
 firmat, & Deo gratias agit, quod falsos  
 Presbyteros & Schismaticos homicidas  
 & fornicarios a se expulerint. Et sub-  
 jungitur: *Qualis Victoria sperari potest,*  
*ubi Sacerdotes una hora Dominica pertra-*  
*ctant Mystera, & Christianis Corpus Do-*  
*mini porrigunt: deinde eosdem Christia-*  
*nos, quos pascere deberent, aut Paganos,*



Sæcul. VIII.  
A.C. 742.

quibus Christum prædicare oporteret, propriis sacrilegisque manibus necant? at si mundos & castos ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis Sacerdotes, & Bonifacio Fratri nostro, qui nostra vice apud vos prædicat, in omnibus obedientes extiteritis, corruent ante faciem vestram omnes paganæ gentes, & omnium Victores insuper vitam æternam possidebitis.

## §. XXXVII.

*Epistola S. Bonifacii ad Cutbertum.*

*Bonif. epist.* Sub idem tempus cum quidam Diaconus nomine Cunebertus S. Bonifacio litteras & dona a Cutberto Archiepiscopo Cantuariensi attulisset, in Responsoria de celebrato Concilio certiolem facit. *Quod non ideo tibi communitio, ait, quasi Canones a rusticitate nostra profecti tibi prodesse possent, sed ut, si quid erratum, corrigas.* Tum Decreta Concilii summatim refert, & addit sequentia, quæ in Canonibus ipsis non leguntur: *Professi sumus, nos, quoad spiritus artus reget, Fidem Catholicam servaturos, promissimus concordiam & Subjectionem Ecclesie Romanæ, atque Metropolitanas Pallium a Sacra Sede petituros. Huic statuto omnes subscripsimus, & Romam misimus, quod etiam Papæ & Clericis placuit.*  
Decre-

105. tom. 6.  
Conc. pag.  
1565.

Decrevimus, ut singulis annis Canones in Concilio prælegantur, Metropolita in aliorum Episcoporum vitam inspiciat, & inquiret, an populi sibi commissi salutem curent. Idem Episcopos suos moneat, ut post Synodum Provinciale Presbyteros & Abbates suæ Diæcesis congregent, eosque statuta observare jubeant. Unusquisque Episcopus ea, quæ ipse emendare in sua Diæcesi non valet, ad Synodum referat, pari ratione ac ego vi præstiti juramenti teneor ad Sacram Sedem deferre abusus, quos in Provincia mea tollere solus non possum. Tum Bonifacius Cutbertum tanquam Archiepiscopum exhortatur, ut muneri suo fideliter incumbat, & queritur, ista ætate Bonis Pastoribus multiplicia impedimenta obstare. Pugnemus, inquit, pro Domino, ærumnæ enim & angustie nobis sunt undique. Moriamur, si Deus velit, pro Sanctis Patrum nostrorum legibus, ut cum ipsis Hæreditatem æternam mereamur. Non simus canes muti, absit! aut Custodes dormientes, aut mercenarii, qui videntes lupum fugiunt. Sed simus Pastores solliciti & vigilantes, prædicantes veritatem, magnis & pusillis, divitibus & pauperibus, omni sexui, omni conditioni, quamdiu Deus nobis vires dederit, prædicemus opportune, impertune, & ea denique ratione, quam S. Gregorius in suo Libro Pastoris commendat.

æcul. VIII.  
A. C. 742.

Sæcul. VIII.

A. C. 742.

*Ceterum tibi scribens dissimulare illud nequeo, quod in his Regionibus omnibus Dei Servis displicet. Nempe Ecclesiam vestram honestatis & pudoris opinionem amisisse; cui malo remedium facile afferrent Synodus vestra & Principes vestri, si Nonnis & mulieribus frequentissimas ad Urbem processiones interdicerent. Pleraque enim illarum integritatis suæ iacturam faciunt, & pauca sunt in Longobardia, in Francia & Gallia Civitates, in quibus aliquot fæminas ex Gente Anglorum prostitutas reperire non sit, non sine totius Ecclesiæ scandalo. Beda saepe de multitudine hominum ex Anglia Romanam peregrinantium mentionem facit, & S. Bonifacius Buggam Abbatissam super peregrinatione Romana suscipienda se consulentem ab hoc proposito non quidem simpliciter abstrahit, sed suadet, ut expectet, donec tumultus in Italia, quem Saracenorum timor excitabat, fuisset compositus. Unde videmus, jam tunc Italiam Saracenorum arma reformidasse.*

Epistola  
Bonifacii.

ep. 20.

Præterea S. Bonifacius in eadem ad 105. in fi. Archiepiscopum Cantuariensem epistola dicit: *Virum laicum, sive Rex sit, sive Præfectus, sive Comes, qui Monasterium vi adhibita occupat, & illud potestati Ecclesiasticæ eripit, ut sibi Monachos subjiciat, & rerum per Sanginem Jesu Christi*

sti acq̄uitarum possessionem invadat, ta-  
 lem inquam virum antiqui Patres raptorem  
 appellat, Sacrilegum, pauperum in-  
 terfectorem, & terribili Anathemate co-  
 ram Tribunali Jesu Christi dignum.  
 Quia vero ejusmodi raptores tam in no-  
 stris quam vestris Provinciis existunt, ex-  
 tollere vocem nostram tanquam tubam con-  
 tra ipsos debemus, ne nostro silentio dam-  
 nemur. Tandem cultum vestium & or-  
 natum superfluum, qui sensim in Mona-  
 steria invehebatur, paucis perstringit.

## §. XXXVIII.

*Concilium Liptinense.*

Itaque Princeps Carolomannus, ut illud, to. 6. Conc. p. 1537. to. 1. capit. p. 150. Hincmar. ep. 37. to. 2. p. 57.  
 quod in primo Canone Concilii Ger-  
 manici statutum fuerat, exequeretur,  
 aliud Concilium convocavit primo die  
 Martii Liptinis, Domo Regia, quæ hodie  
*Lestines* in Territorio Cameracensi dici-  
 tur; celebratum. Præfuit S. Bonifacius  
 cum Episcopo, nomine Georgio, & Jo-  
 anne Sacellario, qui ambo vices Pontifi-  
 cis gerebant. Quatuor non plures Ca-  
 nones conditi. In primo confirmatur  
 Concilium præcedens, cujus Decreta  
 omnes Episcopi, Comites & Præfecti ob-  
 servaturos se promittunt. Totus Clerus  
 antiquis Canonibus se submittit. Abba-  
 tes & Monachi Regulam S. Benedicti re-  
 cipiunt. Canon secundus de Bonis agit  
 Eccle-

Sæcul. VIII.  
 A. C. 743.

Sæcul. VIII.  
A. C. 743.

Ecclesiasticis, & Decretum Concilii præcedentis circa restitutionem Laicis præceptam temperat. Itaque decernitur, ut propter imminencia bella Princeps aliquam partem Ecclesiasticæ pecuniæ sub Precario & Censu in sumptus exercitus sui retineat, ea conditione, ut annis singulis Ecclesiæ vel Monasterio solidus, id est, duodecim denarii pro unaquaque familia reddantur, eo modo, ut si moriatur ille, cui fundus Ecclesiæ commodatus fuerit, pecunia ad Ecclesiam redeat; & iterum, si necessitas cogat, aut Princeps jubeat, sub eodem Precarii titulo alteri dari possit. At Ecclesiæ vel Monasteria inde penuriam paupertatemque non patiantur, & si paupertas premat, Ecclesiæ vel Domui Dei integra possessio reddatur. Ergo istud precarium erat aliquod feudi genus viro militari in stipendium concessum, & tantum ad dies vitæ, qualia illa ætate omnia erant. Solidus non aureus sed argenteus erat, & viginti quinque solidos nostræ monetæ exæquabat. Familiam dico, quod in hoc loco vocatur *Casata* & alibi *Mansus*, seu Conjugium, id est una domus cum agris ad sustentandam servorum familiam sufficientibus.

v. le Blanc.  
mon. p. 6. 8.  
71.

In Canone tertio adulteria, & incesta matrimonia prohibentur. Item præcipitur, ne mancipia Christiana paganis tradan-

tradantur. In quarto iterum decerni-<sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 tur, ut qui paganas observationes in ali-<sup>A. C. 743.</sup>  
 qua re fecerit, multetur & quindecim  
 Solidis damnetur. Sequitur indiculus  
 istarum Superstitionum continens trigin-  
 ta articulos, ex quibus hi adnotari me-  
 rentur: *De Sacrilegio ad Sepulchra mor-  
 tuorum. De Sacris Silvarum. De Sa-  
 crificiis, quæ faciunt super petras, aut  
 fontes. De Sacris, quæ faciunt Jovi vel  
 Mercurio. De variis generibus Divina-  
 tionum, & auguriis avium. De sterco-  
 ribus aut sermatione equorum vel boum.  
 De cerebro animalium. De Lunæ Ec-  
 clipsi, & de eo quod credunt, quia fæmi-  
 næ lunam comedant. De simulacro, quod  
 per agros deferebant. De simulacro de  
 conspersa farina. De alio de pannis fa-  
 cto in speciem puppi. De eo, quod sibi  
 Sanctos fingunt quoslibet mortuos. Inde  
 originem traxisse videtur illa facilitas,  
 qua hoc ævo Sanctos dubios publico  
 cultu prosequerentur. In fine hujus  
 Concilii visuntur formulæ lingua Theo-<sup>to. 6. Conc.</sup>  
 tistica renunciationis & professionis fidei,<sup>p. 1541.</sup>  
 quæ in Baptismo fiebant, unde illius &  
 hodiernæ linguæ diversitas perspici-  
 tur. (\*)*

## §. XXXIX.

(\*) Sunt vero Formulæ hujusmodi in Actis  
 Conc. Tom. III. Edit Parisi. *Forsachistu Dio-  
 bolæ?*

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

§. XXXIX.

*Concilium Sueffionense.*

tom. 6. Conc. p. 1552. to. I. capit. p. 155. Pipino Principe sua quoque ex parte Sueffione Concilium Episcoporum sibi subditorum convocante, Episcopi viginti tres tertio die Martii anno septingentesimo quadragesimo quarto, Regis Childerici secundo convenerunt; & nemo est, qui dubitet, quin huic Concilio S. Bonifacius præfuerit. Presbyteri etiam aliique Clerici, & Pipinus Princeps cum Procerum præcipuis aderant. Decem Canones conditi sunt. In primo Fides Concilii Niceni confirmatur, & statuitur, Disciplinam, sub prioribus Principibus collapsam, esse restituendam. Ceteri Canones eadem statuta continent, ac Concilia in Provinciis Carolomanni

*bolæ? Responsum: Ec forsacho Diobolæ. Id est: Widersagest du dem Teufel? Ich widersage dem Teufel. Deinde: Gelobistu in Got almethigan fadaer? Resp. Ec gelobo in Got almethigan fadaer. Id est: Glaubest du in Gott den allmächtigen Vater? Ich glaube in Gott den Vater. Gelobistu in Crist Gotes Suno? Ec gelobo in Crist Gotes Suno. Gelobistu in halogan Gast? Ec gelobo in halogan Gast. Glaubest du in Christum Gotes Sohn? Glaubest du in den heiligen Geist?*

manni ediderant. Singulis annis Synodus convocetur. Monachi profectio-  
 nē militarem non suscipiant. Clerici non venentur, Sæcularium vestem non gerant, cum fæminis non habitent. Episcopi aut Presbyteri ignoti non recipiantur. Episcopi Superstitiones paganorum fieri non tolerant. Laici ab illicitis conjugiiis, fornicationibus, perjuriis abstineant. Ecclesiam defendant. Præterea in hoc Concilio Sueffionensi Adalbertus hæreticus damnatus. Cruces, quas in diversis locis ad seducendos populos plantaverat, comburi jussæ.

Idem Concilium in omnibus Civitatibus Episcopos legitimos, supra eos vero Archiepiscopos duos Abelem in Ecclesia Rhemenſi & Ardobertum in Ecclesia Senonensi constituit ordinavitque. In his duabus provinciis multæ Ecclesiæ vacasse, aut ab usurpatoribus possessæ creduntur; hinc afferendum erat remedium. Ecclesia Rhemenſis jam annis plus triginta quinque pene oppressa gemebat, expulso S. Rigoberto, & Milone Archiepiscopo Trevirensi intruso, quem in hoc Concilio depositum fuisse verisimile est. Ardobertus successit S. Ebboni Archiepiscopo Senonensi, sive is jam fuerit mortuus, sive Episcopatum abdicaverit, deinceps in solitudine vitam acturus, tam obitus ejus demum anno septingente-

Sæcul. VIII.  
 A. C. 744.

Bonif. ep.  
 135.  
 c. 2. c. 7.

v. Coint. an.  
 745. n. 10. 11.  
 &c.  
 Sup. l. XLI.  
 §. 29.

Vit. Aft. SS.  
 Ben. to. 3. p.  
 652. Coint.  
 an. 750. n. 1.  
 2. Sup. §. 13.



Sæcul. VIII. gentesimo quinquagesimo adnotatur. In  
 A. C. 744. ultimo hujus Concilii Canone statuitur,  
 ut quicumque ejus Decreta violaverit ab  
 ipso Principe cum Episcopis & Comitibus  
 judicetur, & ad multam juxta legem  
 condemnetur. Ita nempe, quia in his  
 Conventibus Episcopi & Optimates jun-  
 cti erant, etiam pœnæ temporales cum  
 Spiritualibus connectebantur.

S. Bonifacius datis ad Zachariam Pa-  
 pam litteris de omnibus, quæ in hoc  
 Concilio acta fuerant, certiore fecit.  
 Pipini & Carolomanni Zelum laudabat,  
 & quam bene meriti de Ecclesia essent,  
 auxilio sibi in prædicatione Evangelii  
 præstito, referebat. Petebat quoque a

*Coint. an.*  
*734. n. 25.* Papa Pallium, duobus Archiepiscopis  
 Abeli & Ardoberto, nuper in Concilio  
 ordinatis, conferendum, item Grimoni,  
 qui jam annis decem Sedem Archiepis-  
 copalem Rothomagensis tenebat. S.  
 Bonifacius etiam de duobus falsis Pro-  
 phetis, in Francia deprehensis, ad Pa-  
 pam retulit, nempe de Adalberto, qui  
 in hoc Concilio Sueffionensi nominatur,  
 & Clemente, hi ambo damnati & car-  
 cere inclusi fuerant.

*Fuld. to. 3.*  
*Act. SS.*  
*Ben. p. 569.* Abel Archiepiscopatu Rhemensis non  
 diu potitus est, vel potius possessionem  
 adire non potuit, impeditus a potentia  
 Milonis, qui annis quadraginta, quod  
 usurpaverat, obtinuit, & demum anno  
 septin-

septingentesimo quinquagesimo tertio e  
vita cessit. Hinc forte est, quod S. Bo-  
nifacius Pallium nec pro Abele nec pro  
Ardoberto Senonensi ulterius postulavit,  
forte etiam ne injuriam faceret S. Archi-  
episcopo Ebboni adhucdum inter vivos  
agenti. Quidquid de eo sit, tandem a  
Zacharia pro solo Grimone Archiepisco-  
po Rhotomagensi, viro ipsi Papæ notissi-  
mo, Pallium petiit.

Id Papa multum miratus, data epistola  
quinto Novembris ejusdem anni septin-  
gentesimi quadragesimi quarti, Indictio-  
ne decima tertia ineunte, Bonifacio man-  
davit, ut sibi hujus rei rationem explica-  
ret & causam. In eadem epistola Sum-  
mus Pontifex respondet ad duas quere-  
las, quibus onerabatur. *Simonice accu-  
samur, inquit, & quod ab illis, quibus  
Pallium concedimus, pecunias extorquea-  
mus. Hoc Deus nolit! nemo pro tribus  
Palliis, quæ petisti, quidquam accepit.  
Litteras quoque, in quibus tua confirma-  
tio & mandata nostra continentur, a No-  
tariis nostris scriptas, gratis dedimus.  
Anathema illi, quicumque Donum Spiritus  
S. vendere ausus fuerit.*

*In aliis litteris ad nos detulisti, te in  
Bojoavia invenisse falsum Episcopum, qui  
se a nobis ordinatum diceret. Prudenter  
nullam fidem huic homini adhibuisti, men-  
titus est enim. Jamque tibi Auctoritate*  
Hist. Eccles. Tom. X. K S. Pe-

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

Zach. ep. 5.

Zachariæ  
Papæ Epi-  
stolæ.

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

*S. Petri præcipimus, ne quemquam Sacris operari patiaris, qui Canones non observat. Quia etiam ex nobis quaesivisti, an tibi in Provincia Bojovariæ prædicandi jus sit, quod tibi Antecessor noster concesserat, respondemus, quod nullatenus restringamus potestatem tibi datam, sed ampliemus, ita ut quoad vivas omnes illos, quos contra fidem vel Canones errare cognoveris, non in Bojovaria modo, sed in universis Galliis nostra Auctoritate corripias.*

## §. XL.

*Papa Exarcho præbet auxilium.*

*Anast.*

Istarum Epistolarum subscriptio (\*) monstrat, Papam tunc quoque se Imperatori Constantinopolitano subditum professum fuisse; Quippe etiam Zacharias sub initium Pontificatus sui misit pro more Epistolam suam Synodicam, Fidei suæ Confessionem continentem, cum Epistola ad Constantinum Imperatorem data; at ipsius Legati Constantinopolim pervenientes Artabastum in Palatio dominantem invenerunt.

Interim Pontifex in Italia pro Bono Imperii vigilabat. Nam in æstate undeci-

(\*) Nempe: Imperante Domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato magno Imperatore, anno 83c.

decimæ Indictionis, seu anno septingen-  
 tesimo quadragesimo tertio, cum Provin-  
 cia Ravennatensis premeretur a Rege  
 Luitprando, etiam ad obsidendam Civi-  
 tatem imminente, Euty chius Exarchus,  
 Joannes Archiepiscopus Ravennatensis,  
 ejusdem urbis, Pentapolis, & Æmiliæ  
 cives datis ad Papam litteris rogave-  
 rant, ut in auxilium veniret. Papa Le-  
 gatos cum donis ad Regem misit, & cum  
 nihil impetrasset, ipse Ravennam se con-  
 tulit.

Pontificem advenientem excepit po-  
 pulus clamans: *Benedictus sit Pastor no-  
 ster, qui relictis ovibus suis, ut nos pe-  
 rituros servaret, advenit!* Ravenna Pon-  
 tificem ad Regem Luitprandum præmisit,  
 qui nunciarent, se ad eum venire. No-  
 lebat Rex Legatos in conspectum admit-  
 tere; sed Papa contempto periculo Ra-  
 venna excedens ad Padum amnem die  
 Veneris vigesimo octavo Junii pervenit.  
 Tunc vero misit Rex ex purpuratis ali-  
 quos, qui magno honore exceptum Tici-  
 num perduxerunt. Prius vero, quam  
 Regem adiret, quia Vigilia erat S. Petri,  
 ad hujus Sancti Ecclesiam, quæ Cælum  
 aureum dicebatur, se contulit, & preces  
 ad horam nonam persolvit. Altero die  
 a Rege rogatus ibi Missam celebravit, &  
 deinde Regiæ mensæ assedit. Rogabat  
 Regem Papa, ut promitteret, se in Pro-

Sæcul. VIII. A. C. 744. vinciam Ravennatensem copias non amplius immissurum, & captas urbes, præsertim Cefenam, redderet. Postquam Rex diu repugnasset, tandem in hæc pacta consensit; ut Ravennatibus omnes ditiones, quas prius habebant, restitueret, & duas partes Territori Cefenatis, retentis tertia parte & ipsa urbe pignoris loco usque ad primum diem Junii anni sequentis, quo Legati ipsius Constantinopoli redituri essent.

Papa receptis urbibus Romam reversus Festum SS. Petri & Pauli, verisimiliter die octava (\*), iterum celebravit.

## §. XLI.

*Concilium Romanum.*

Haud multo post tempore, Indictione duodecima ineunte, Zacharias Papa Concilium Romæ in Ecclesia Sancti Petri, convocatis Episcopis ex tota Italia quadraginta, Presbyteris viginti duobus, Diaconis sex & omnibus reliquis Romanis Clericis, celebravit. Inter nomina vix unum barbarum occurrit; unde perspicitur, vix alios quam Romanos ad ordines Clericales fuisse admissos.

(\*) Hier kann man sehen, was unser Protestant für ein erfahrner Rubricist sey. Die octava hat er gegeben: Am Tage des Octavius. Seite 269.

fos. In hoc Concilio quindecim Cano-Sæcul. VIII.  
nes conditi, quorum plerique de vita A. C. 744.  
Clericorum & illicitis conjugii agunt. C. 1. 2 3.  
Episcopi & Clerici cum mulieribus om-  
nino non habitent, sæcularibus indu-  
mentis non utantur, comam non nu-  
triant.

Nullus Episcopus Presbyter aut Dia-  
conus Missarum solemnia celebraturus  
præsumat cum baculo introire aut vela-  
to capite. Episcopus aut Presbyter di-  
cta Oratione non recedat, nec ab alio  
Missam suppleri petat, sed qui initium  
ponit, suppleat usque in finem. Ordina-  
tiones primo, quarto, septimo, & de-  
cimo mense fiant, nempe in Angariis.  
Clerici coram Judicibus sæcularibus ac-  
tionem non moveant, sed eorum causæ  
ab Episcopis, & Episcoporum Causæ a  
Papa judicentur. Id de Episcopis Italiæ  
accipiendum. Omnes Episcopi, qui A-  
postolicæ Sedis Ordinationi subjacent  
(scilicet, quantum ego arbitror, qui juxta  
consuetudinem a Papa ordinabantur)  
singulis annis decimo quinto Maji ad SS.  
Principum Apostolorum Petri & Pauli  
limina veniant. Hi Canones præ cæte-  
ris hujus Concilii adnotandi videban-  
tur.

c. 8.

c. 13.

c. 14.

c. 11.

c. 12.

c. 4.

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

§. XLII.

*Regis Luitprandi Obitus.*

*Paul. Diac.  
VI. hist.  
c. ult.*

*Sup. Lib.  
XL. §. 40.*

*Art. SS. Be.  
to. 3. p. 517.*

**R**ex Luitprandus anno septingentesimo quadragesimo quarto naturæ concessit, priusquam effluxisset illud temporis spatium, quod ad pacta implenda præstituerat, postquam regnasset annis triginta & uno & septem mensibus, Princeps pius, castus, mitis, fortis, consilio acer, quamvis litterarum esset rudis. Sæpe orationi vacabat, & multas elemosynas largiebatur. In Regia Sacellum Salvatoris extruxit, constituitque Presbyteros & Clericos, qui sibi singulis diebus Officium Divinum decantarent; quod ante ipsum nullus Regum fecerat. In omnibus Civitatibus, in quibus morari solebat, Ecclesias ædificavit, & inter alias Ecclesiam S. Petri Cælo aureo prope Ticinum, item duo Monasteria, scilicet, Bercetense in Diœcesi Parmensi in monte Bardone, qui Apennini pars est, & S. Anastasii Olonæ. Bercetense Monasterium exinde nomen Remigii nactum est ob Sancti hujus Reliquias a S. Morano seu Moderamno Episcopo Redonensi illo delatas; quippe hic Sanctus Episcopus, suscepto ad Urbem Romanam itinere, Rhemis diversatus, dono accepit aliquas partes de Stola, de Cilicio & Sudariolo S. Remigii, quas deinde reliquit  
Mona-

Monasterio huic a Rege Luitprando sibi <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 donato, ubi, postquam prius in Franciam <sup>A. C. 744.</sup>  
 rediisset, & Successorem sibi ordinari cu-  
 rasset, reliquos vitæ dies transegit. O-  
 biit vero anno septingentesimo trige-  
 simo.

Regis Luitprandi ætate Viri Sancti <sup>Paul. c. ult.</sup>  
 tres in Longobardia degebant. Petrus  
 Episcopus Ticinensis, qui cum esset Luit-  
 prandi propinquus, aliquamdiu in exilio  
 Spoleti, jubente Rege Ariperto agens,  
 ibi in fundo suo Ecclesiam in honorem  
 S. Sabini Episcopi & Martyris extruxit,  
 quod sibi S. Martyr olim vaticinatus fuis-  
 set, se Sedi Ticinensi postliminio resti-  
 tuendum. Secundus Vir Sanctus fuit <sup>Sup. Lib.</sup>  
 Baodolinus, qui miraculis & dono Pro- <sup>VIII. 38.</sup>  
 phetiæ claruit. Tertius Theodelapius  
 Veronensis iisdem Donis a Cælo præ-  
 ditus.

Hic Paulus Diaconus suam Longo-  
 bardorum Historiam finit. Luitprandi  
 Successor fuit Hildebrandus ejus Nepos,  
 qui sceptrum non ultra septem menses  
 rotavit; quippe, cum Longobardorum  
 odium incurrisset, ipso e throno dejecto  
 Rachim Ducem Forojulensem elegerunt.  
 Quod ubi Zacharias Pontifex comperit, <sup>Anast. in</sup>  
 missis ad novum Regem legatis, preci- <sup>Zach.</sup>  
 bus obtinuit, ut pacem ad annos viginti  
 concederet.



Sæcul. VIII.  
A.C. 744.

## §. XLIII.

*Constantinus Imperator restituitur.*

Interim Imperator Constantinus secundo die Novembris Indictione duodecima, seu anno septingentesimo quadragesimo tertio Constantinopolim reuectus est. Artabasto, duobusque filiis Nicephoro & Nicetæ captis, oculi eruuntur. Tum eos Constantinus catenis vinctos in Hippodromo, cum equi decurrerent, toti populo exhibuit. Simile ludibrium devorandum fuit Anastasio Patriarchæ, quem effossis prius oculis asino impositum conversa ad caudam facie in Hippodromo circumduci iussit, & quis crederet? his non obstantibus Patriarcham esse voluit, quia pariter ac ipse Imperator Imaginum hostis erat. Constantinus recuperato Imperio Zachariæ Papæ Legatos, qui Artabasto regnante Constantinopoli permanferant, ad se vocatos Romam remisit, concedens Papæ duos fundos Imperii, quos petierat, & jam Imperator Ecclesiæ Romanæ donabat. Apparet, Papam admodum tarde certio rem factum, quod Constantinus denuo imperaret, cum post hæc uno ferme anno adhuc dum litteris suis annos regnantis Artabasti apponeret.

*S. Niceph.*  
*p. 40.*

*p. 353. 342.*

*Anast. in  
Zach.*

§. XLIV.

## §. XLIV.

Sæcul. VIII.

A. C. 744.

*Ecclesia Orientalis.*

Apud Musulmannos Califa Owalido II. dejecto, & necato, Yezidus III. ejusdem Patruelis successit mense sexto anni Hegiræ centesimi vigesimi sexti, id est, circa mensem Aprilem anno septingentesimo quadragesimo quarto; verum nec in pace, nec ultra menses quinque regnavit, cum multi necatum Ovalidum ulciscendi specie seditiones moverent. Yezidus Successorem habuit Ibrahim fratrem suum, qui cum imperasset menses duos, regnum tradidit Merovano, filio Mahometis, fratris Califæ Abdelmelici. Ergo Merovanus Imperii habenas capessens sub initium anni Hegiræ centesimi vigesimi septimi, qui anno Salutis septingentesimo quadragesimo quinto respondet, nec quiete nec diu, nimirum quinque solummodo annis, regnavit. Is Christianis Melchitis indulgit, ut, mortuo Stephano, Patriarcham Antiochenum eligerent Theophylactum Presbyterum Edessenum, virtute clarum, datisque litteris circularibus præcepit Arabibus, ut viro, quem Christiani elegissent, honorem haberent. Anno septingentesimo quadragesimo sexto, Indictione decima quarta mense Januario vehementissimus terræ motus in Syria & in Palæ-

*Elmac. lib. I.  
c. 19.**Theoph. an.  
4. const. p. 353**Id. an. 5.*

K 5

stina,

Sæcul. VIII. ftina, præsertim in Deserto Jerosolyma  
 A. C. 744. multas Ecclesias & Monasteria evertit.

Constantinus Imperator turbis Mu-  
 sulmannorum, quibus dividebantur, so-  
 lenter in rem suam usus, Germanicia, a-  
 liisque Syriæ urbibus captis, incolas, Se-  
 des suas mutare compulsos Constantino-  
 polim, & in alia Thraciæ oppida tran-  
 stulit. Porro inter hos Syros multi e-  
 rant Monosophytæ Hæretici, illius nem-  
 pe Sectæ, quæ in Jesu Christo unam tan-  
 tum Naturam confitebatur, & ad Trifa-  
 gium addebat verba: *Crucifixus pro no-  
 bis.* Qui error Petrum Fullonem Aucto-  
 rem habebat.

*Sup. Lib.*

*XXIX. §. 32*

*Theo. an. 6.*

Cum Anastasius Abbas Monasterii  
 S. Euthymii in Palæstina huic errori fave-  
 re diceretur, id Abbas Sergius data Epi-  
 stola ad S. Joannem Damascenum detu-  
 lit, subjungens, Anastasium affirmare,  
 quod ipsi Joanni sua opinio probetur, &  
 Joannes Patriarcha Jerosolymitanus, piæ  
 memoriæ, eandem secutus fuerit senten-  
 tiam. Scripsit igitur hac super re S. Jo-  
 annes Damascenus ad Jordanum Abba-  
 tem, dicens, utrumque sibi incredibile  
 videri, vel Anastasium in hunc errorem  
 lapsum, vel eundem a Sergio falso accu-  
 sari. De ipsa vero Doctrina differens,  
 dicit, Petri Fullonis errorem reduci, si  
 Trisagium ad solum filium referatur.

Qui pro no-  
 bis Crucifi-  
 xus.

*Damasc. ep.  
 de Trisag.  
 fol. 445.*

*Isa. 6.*

*Non sine causa, inquit, Seraphini audi-  
 ti*

ti sunt ter canere, *SANCTUS!* non ve-  
 ro bis, quater, vel millies; & semel  
 tantum dixerunt, *DOMINUS.* Sed ut  
 Trinitatem Personarum, & Unitatem  
 Substantiæ demonstrarent. Hinc iste  
 Deum laudandi ritus, quem Ecclesia ab  
 Angelis accepit, ad totam Trinitatem  
 refertur. Hinc etiam est, quod baptizan-  
 dos ter immergamus, nominantes in sin-  
 gulis immersionibus singulas Personas. I-  
 tem ideo in Oblatione Divinorum Myste-  
 riorum, postquam populus cantavit Tri-  
 sagium, Sacerdos adjungit: Sanctus es,  
 Rex Sæculorum! Filius tuus unicus San-  
 ctus est, & Sanctus Spiritus tuus. E-  
 contra in elevatione Panis Sacri Evcha-  
 ristici dicimus: Unus Sanctus, unus Do-  
 minus, unus *JESUS Christus.* Hæc ver-  
 ba a S. Joanne Damasceno citata in illa  
 Liturgia, quæ S. Joanni Chrysoftomo tri-  
 buitur, leguntur. Rogat eum, ad quem  
 scribit, ut sua Epistola in Ecclesia publi-  
 ce legatur, & Anastasius Abbas admo-  
 neatur, ut disputandi finem faciens, Pa-  
 trum Auctoritati cedat. Quod spectat  
 ad Joannem Jerosolymitanum, affirmat,  
 ipsum hanc Doctrinam nunquam tenuis-  
 se. Nunquam, ait, quidquam docuit,  
 quod mihi tanquam suo Discipulo non com-  
 municaverit. Cur vero hæc accusatio  
 mota non est, dum viveret?

Sæcul. VIII.

A. C. 744.

fol. 487.

491.

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

§. XLV.

*Opera S. Joannis Damasceni.*

Præter hanc Epistolam & Tractatus pro Imaginum cultu, quos suo loco memoravimus, plurima opera S. Joannis Damasceni ad nos pervenerunt; nam suo ævo Orientis Doctor habebatur. Omnia ejus Scripta vel ad Doctrinam pertinent, vel ad mores, atque inter Dogmatica præcipuum est Fidei Orthodoxæ expositio, quæ cum integrum Theologiæ Corpus sit, exinde Theologorum plerique illam pro norma amplexi sunt. Ipsi vero Theologia dividitur in quatuor Libros, quorum primus de Attributis Trinitatis differit. Ubi S. Joannes de Spiritu Sancto agit, dicit, quod procedat a Patre, & in Verbo acquiescat. Et alibi, quod procedat a Patre, & per Filium omnibus Creaturis communicetur. Sed non dicit, quod procedat a Filio. (\*) In Libro secundo agit de  
Crea-

L. 1. c. 7.

c. 10.

(\*) Imo dicit, saltem implicite, S. Joannes Damascenus, quod Spiritus S. procedat a Filio, dum dicit, quod per Filium omnibus Creaturis communicetur; nam communicari per Filium indicat aliquam a Filio originem habere, & Processio in Divinis nihil est aliud, quam emanatio, sive origo unius ab alio tanquam principio producente, vel ad intra, quando nullus producitur  
esse

Creatione, de Angelis, de Mundo visibili, ubi multa immiscet ex Philosophia naturali secundum principia Aristotelis, cui enixe operam dederat. Namque Damascenus inter primos illorum numeratur, qui Doctrinam Aristotelicam cum Theologia conjugarunt. Eadem ratione explicat naturam hominis, & de facultatibus Animæ, ejusque affectibus fusissimus est. Differit etiam de Libertate hominis, de Providentia Divina, & de Prædestinatione, quæ ipsius opinione non extenditur ad ea, quæ in nostra potestate sunt, sed solum Præscientia. *Quippe Deus, inquit, nec peccatum vult, nec ad virtutem cogit. (\*)* In fine hujus Libri agit de Lapsu Hominis. In tertio pertractat materiam de Incarnatione, quam admodum accurate explicat, præsertim distinctionem duarum Naturarum, & duarum Voluntatum contra Hæreticos illa tempestate in Oriente existentes. *Libertas Jesu Christi, inquit, in eo erat nostra excellentior, quod ad se determini-*

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.L. II. c. 12.  
15. 14. &c.

c. 25.

c. 29.

c. 30.

L. III.

effectus externus, vel ad extra, quando connotatur Gratia hominibus collata.

(\*) Nempe S. Joannes Damascenus præsumit, Prædestinationem facere Deum Auctorem peccati, & tollere libertatem Actus humani; at ex Doctrina S. Augustini & S. Thomæ, quæ Prædestinatio stabilitur, neutrum sequitur.

Sæcul. VIII. *terminandum nec examine, nec delibera-*  
A. C. 744. *tione indigeret. Nihil ignorabat, etiam*  
*quatenus homo fuit, sed in ipso omnes Sa-*  
*pientiæ & Scientiæ Theſauri contine-*  
*bantur.*

Coloff. 2.

In Libro quarto S. Joannes Dama-  
 scenus, postquam egit de Resurrectione  
 Jesu Christi, & quibusdam Quæstionibus  
 de Incarnatione, quæ excutiendæ super-  
 erant, ad Sacramenta transit, & primo

Lib. IV. c. 10 de Baptismo differit, moxque de Fide,  
 c. 11. 12. 13. de Myſterio Crucis & de Adoratione ad

c. 14.

Orientem. Deinde venit ad Evchari-  
 stiam & inter alia dicit: *Si verbum Dei*

v. du Perron. *vivens est & efficax, & si Dominus qua-*  
 Evchar. aut. *cunque voluit fecit; si dixit: Fiat lux,*

35. p. 643.

Perpet. Liv.

VII. c. 4.

c. 4.

*& facta est. Si Cælum & terra, & qua-*  
*cunque in Mundo sunt aspectu delectabilia*

Realis Præ-  
 tentia Christi  
 in Evchari-  
 stia.

*Verbo Domini facta sunt, & Homo que-*  
*que, Creatura illa admirabilis, si ipsum*  
*Dei Verbum Homo factum est, quia vo-*  
*luit, sibi que Corpus ex purissimo sangui-*  
*ne Sanctæ Virginis formavit, cur non*  
*possit facere, ut panis Corpus suum, &*  
*vinum Sanguis suus sit? Et infra: Quo-*  
*modo fiet istud? dicebat Sancta Virgo,*  
*& respondet Angelus: Sanctus Spiritus*  
*superveniet in te. Et jam tu quæris,*  
*quomodo panis Corpus Jesu Christi sit?*  
*& quomodo vinum & aqua Sanguis ejus?*  
*Respondeo & ego: Sanctus Spiritus su-*  
*pervenit, & hæc mirabilia supra ratio-*  
*nem*

nem & captum nostrum operatur. Et i- Sæcul. VIII.  
 terum: *Est Corpus Divinitati vere uni-* A. C. 744.  
*tum, Corpus ex Sancta Virgine assum-*  
*ptum. Non quia Corpus, quod ascendit*  
*in Cælum, descendit, (\*) sed quia panis*  
*ipse & vinum in Corpus & Sanguinem*  
*Dei mutantur. Si modum quæras, quo*  
*istud fiat, sufficiat tibi, quod scias, id*  
*fieri per Spiritum Sanctum, sicut Domi-*  
*nus ex Sancta Virgine sibi ipsi Carnem*  
*formavit. Plura non scimus, nisi quod*  
*Verbum Dei sit verax, efficax, omni-*  
*tens, modus vero incomprehensibilis. (\*\*)*  
 S. Joan-

(\*) Scilicet non descendit Christus motu locali, sed sicut dicitur descendisse de Cælo Filius Dei, ut incarnaretur de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.

(\*\*) Wer diesen ganzen Auszug aus dem Buch des heiligen Joannes Damascenus von dem Abendmahl aufmerksam liest, erblickt klar, daß er die wirkliche Gegenwart Christi in diesem heiligen Sacrament, und die Verwandlung, oder Transsubstantiation, wie man solche noch heut zu Tage in der Römischen Kirche lehret, geglaubt habe, wenn man seine Worte nicht verdrehen will. Denn wozu solten sonst die so herrliche Anrühmung der Allmacht Gottes, welcher dieses Geheimniß wirket, und der Ausdruck: Mutantur, dienen?

So ist ja unser Protestant unerträglich, wenn er in seinen Anmerkungen saget: Man hat nichts gewußt von einer solchen Gegenwart! oder  
 ist



Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

c. 15.

S. Maria.

v. Tillemo.  
de la St.  
Vierge.

S. Joannes Damascenus postquam de Jesu Christo fufe satis differuit, transit deinde ad Sanctam Virginem, cujus memorat Genealogiam, Nativitatem, educationem in templo, Matrimonium, juxta traditiones, quas veras esse credebat, & quæ exinde credentium assensu firma-

ist vielleicht in seiner Einbildung der heilige Joannes Damascenus auch ein Reher wie der heilige Ambrosius, weil er diese Meynung von der Gegenwart Christi im Abendmahl geheget? Wenn die Meynung des heiligen Joannes Damascenus nicht auch die Meynung der ganzen Kirche gewesen wäre, so ist es ungläublich, daß ihm niemand weder in der orientalischen, noch in der occidentalischen Kirche sollte widersprochen haben; doch eine jede irrige Lehre, so bald sie ans Licht getreten, ihre Gegner in der allgemeinen Kirche gehabt.

Es haben aber auch andere heilige Väter von der Gegenwart Christi im Abendmahl eben so, wie der heilige Damascenus geredet; weil sie nun die Wirkung des heiligen Geistes in diesem heiligen Sacrament mit der Wirkung der Allmacht Gottes in der Erschaffung aller Dingen, und in der Menschwerdung Christi vergleichen, so würden sie sich ja sehr ungereimt ausgedrückt haben, wenn Christus im heiligen Abendmahl nicht anders als in den anderen heiligen Sacramenten, zum Exempel in der heiligen Taufe, von welchen die Väter nicht also zu reden pflegen, das ist, nur durch die Wirkung der Gnade gegenwärtig wäre.

tæ sunt. Probat etiam, Sanctos esse honorandos, eorum Reliquias esse colendas, & de veneratione Imaginum amplissime scribit. Tradit postea Sacrarum Scripturarum Indicem, & in veteri Testamento sequitur Canonem Hebræorum; sed novo Testamento Canones Apostolorum subjungit. Deinde aliquas Quæstiones, quas antea omiserat, tractat, & tandem, quæ ad finem Mundi spectant, subjungit.

Inter alios Tractatus Dogmaticos Sancti Joannis Damasceni singulari attentione digna est Disputatio contra Sarracenum, seu potius Regulæ, juxta quas Musulmannis disputantibus respondendum. Ex hoc Tractatu dispicimus, quid Musulmanni contra Divinitatem Verbi, Incarnationem, causam mali, & liberum arbitrium præcipue objecerint. Item Christianos ad convincendos Musulmannos Auctoritatem Alcorani adhibuisse. S. Joannes Musulmannos amplius refutat in suo Tractatu de Hæresibus, ubi imprimis illo argumento adversarios premit, quod Mahometes nullum Missionis suæ testimonium produxerit. (\*)

Hic

(\*) Diesen Erweis sind Luther, Calvin und andere sogenannte Glaubensverbesserer der Welt  
*Hist. Eccles. Tom. X.* L auch

Sæcul. VIII.  
 A. C. 744.

c. 16.

c. 17.

p. 18.

c. 27. 28.

fol. 546.

Hær. 101.

Sæcul. VIII.

A. C. 744.

Hærefes.

*Cotel. Mon.**Gr. to. I. p.*

178.

322.

art. 99. 102.

Hic Tractatus centum & tres Hærefes in totidem Articulis complectitur, quarum octoginta priores ex S. Epiphano excerptis. Sequuntur Nestoriani, Eutychiani, & diversæ eorum Sectæ. Tum multi alii, quos præter ipsum nemo memoravit. Aliqui ex his Hæreticis Dei Laudes cantare solebant saltantes cum foeminis. Alii omne Religionis punctum in bonis Operibus ponebant, rejecto Scripturæ studio. Alii semperstantes, & nunquam flexis genibus orabant. Alii animam esse mortalem credebant. Alii quædam dicta & facta Dei ipsius vituperabant. Alii Christianam Religionem & paganas superstitiones copulabant. Tandem nec Monothelitarum nec Iconoclastarum obliviscitur.

Inter Libros morales S. Joannis Damasceni ille est præcipuus, qui dicitur Collationes, seu Comparationes opinionum Patrum cum Doctrina Scripturæ.

Has pro diversitate materiæ secundum Alphabetum Græcum disposuit, & in tres libros divisit.

Extant etiam aliquot Sermones ad diversa Festa, & Hymni. Nam Græci hunc

auch noch schuldig. Denn Mahomet sagte auch nicht, daß er eine neue Religion stiften, sondern die verderbte bessern wolte.

hunc Sanctum numerant, inter præci-  
 puos Auctores Hymnorum suorum, quos  
 in Officio Divino decantant. Tandem  
 eidem Historia Indica de Barlaam & Jo-  
 saphat tribuitur, sed dubium est, an ipse  
 scripserit, & multo magis an vera sit hæc  
 historia. Ceterum quo anno S. Joannes  
 Damascenus obierit, nescimus, sed ejus  
 memoriam sexto Maji colit Ecclesia.

Sæcul. VIII.  
 A. C. 744.

Mart. Rom.  
 6. Maj.  
 Boll. to. 13.  
 p. 108.

## §. XLVI.

*Initia S. Sturmii.*

In Germania S. Bonifacius, ut Religio-  
 nem solide stabiliret, ad laborante  
 S. Sturmio Discipulorum suorum fidelis-  
 simo, Monasterium Fuldense celeberrimum  
 fundavit. Sturmii natus erat in  
 Bavaria nobilibus parentibus & Chri-  
 stianis, qui eum S. Bonifacio instituendum  
 tradiderunt, plures enim parentes filios  
 suos ejusdem curæ committebant. S. E-  
 piscopus Sturmium in Hassiam perdu-  
 ctum in Monasterium Fridelariense mi-  
 sit, sub Disciplina S. Vigberti, qui magna  
 cura puerum informare cœpit. Ibi igi-  
 tur Psalmos memoriæ mandavit, Sacram  
 Scripturam, cujus sensu spirituali po-  
 tissimum delectabatur, assidue legens.  
 Pudicissimum juvenem humilitas quo-  
 que & charitas omnibus commenda-  
 bant: unde totius Congregationis con-  
 sensu Presbyter ordinatus vicinis popu-  
 lis

vit. S.  
 Sturm. to. 4.  
 Act. SS. Be.  
 p. 270.

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.

lis Verbum Dei prædicare cœpit & miraculis clarescere, sanans ægrotos, & obsessos liberans. Annos deinde ferme tres Presbyteri munere functum, cupido incessit, inspirante Cælo, in Desertum recedendi, cumque desiderium suum manifestasset S. Bonifacio, is consilium tanquam Divinitus suggestum approbans, socios duos dedit, mandatis instruxit & Benedictionem abituris impertitus dixit: *Ite in Silvam Bochonam* (quæ a fagorum multitudine ita dicebatur) & *quærite locum Servis Dei aptum.*

Itaque per loca deserta vagantes, ubi nihil nisi cælum & terram altis arboribus impeditam conspiciebant, elapso triduo Hirsfeldam perveniunt, & credentes hunc locum sibi a Deo destinari, casas exiguas ex libris arborum construunt, ubi diu morati sunt, jejuniis, vigiliis & orationibus vacantes.

Hæc fuere Monasterii Hirsfeldensis initia anno septingentesimo trigesimo sexto. Haud multo post S. Sturmius S. Bonifacium adiit, & ubi sibi sedes novas elegissent, retulit. Dixit S. Bonifacius: *Locus iste non videtur mihi satius; scitis enim haud procul versari Saxones, nationem ferocem. Ergo locum remotiorem quærite.* S. Sturmius in desertum suum reversus delectis duobus sociis ratem conscendens Fulda amne  
adver-

adversis fluctibus vectus est. Cum post <sup>Sæcul. VIII.</sup> triduum nulla Regio placeret, Hirsfeldam <sup>A. C. 744.</sup> rediit. Tum a S. Bonifacio vocatus Fridelariam venit, & hujus itineris rationem exposuit. At Vir Sanctus iterum Sturmio præcipere, ut iterato omnia lustraret, asseverans, scire se, quod Deus in illo deserto Servis suis habitationem præparasset. Tunc vero Sturmus solus viam carpit asino insidens Psalmos cantans, & assidue orans. Ubi-  
cunque a nocte occupabatur, manebat, timens vero asino suo, ne a belluis devoraretur, lignis cæsis eum quasi septis includebat. Ipse postquam frontem signo crucis signasset, tranquille somnum capiebat. Quadam die cum ad viam publicam, quæ Moguntiam ducebat, pervenisset, incidit in magnam multitudinem Sclavorum, qui in Fulda corpora alluebant. Hi populi e Septentrione advenerant, jamque ultra annos centum Imperii Ditiones depopulabantur, & usque in Germaniæ viscera penetraverant. Hi tunc quidem Virum sanctum riserunt, sed incolumem dimiserunt. Tandem invenit locum, qualem jam diu exoptabat, quem satis exploratum, postquam attente notavit; id S. Bonifacio nunciavit. Is sciens, locum illum in ditione Carolomanni esse positum, eundem a Principe sibi petiit ad fundandum Monasterium,

Sæcul. VIII. nasterium, addens; *Quod nemo bucu-*  
A. C. 744. *que in parte Orientali Regni tui mol-*  
*tus est.*

Carolomannus hunc locum, spatiumque quater mille passuum in circuitu lubenti animo S. Viro concessit, & conscriptis donationis litteris viros nobiles illius Regionis convocavit, quos suo hortatu permovit, ut quisque illa omnia, quæ in loco ad fundandum Monasterium definito possidebat, Deo donaret.

## §. XLVII.

*Monasterium Fuldense fundatur.*

Igitur S. Sturmus septem aliis Monachis adjuvantibus prima hujus Monasterii fundamenta posuit, anno post fundatam Hirsfeldam nono, salutis humanæ septingentesimo quadagesimo quarto, Indictione duodecima, die mensis primi, id est Martii, duodecimo. Elapsi bimestri adfuit ipse S. Bonifacius cum magno artificum numero, qui in terra excolenda & ædificanda Ecclesia operam Monachis addixerunt; sed & ipsi manibus suis laborabant, & sibi ipsis ministrabant. Vir Sanctus Bonifacius ad montem vicinum, quem ideo *montem Episcopi* appellarunt, divertere solebat, ut orationi vacaret.

Cum anno sequente illo rediisset, novellis Monachis plurima vitæ asceticæ præce

præcepta dedit, & compulit ut promit-  
terent, se nec vino, nec quocunque alio  
potu, qui ebrietatis causa esse possit, esse  
ufuros, excepta levi cerevisia. Ceterum  
S. Sturmium iisdem Abbatem præfecit,  
& singulis annis, quamdiu per valetudi-  
nem licuit, ad eos invisit. Hoc Mona-  
sterium a Fulda amne, in cuius ripa con-  
ditum est, nomen accepit.

In eo S. Benedicti vigeat Regula,  
quam ut perfectius observarent, consi-  
lium ceperunt Monachi ad celeberrima  
Monasteria aliquos ex gremio suo mit-  
tendi, qui eorum consuetudines & Regu-  
lam servandi modum discerent; atque  
hanc provinciam S. Bonifacius S. Stur-  
mio commisit. Qui iter capeffens cum  
duobus fratribus anno a Monasterio con-  
dito quarto, id est septingentesimo qua-  
dragesimo septimo, Romam venit, om-  
nia Italiæ Monasteria, & inter cetera  
Montem Cassinum lustravit, & annum  
integrum in isto itinere consumpsit. Ad  
suos deinde reversus Congregationem  
Fuldensem secundum illam Disciplinam,  
quam optimam judicaverat, instituit.  
Monachorum numero in dies crescente,  
multisque non se ipsos modo, sed etiam  
facultates suas afferentibus, hujus fun-  
dationis fama ad remotissima Monaste-  
ria pervenit. S. Sturmius, priusquam  
vita exiret, Monachos ibi quadringentos

L 4

non

326.

Sæcul. VIII.  
A C. 744.*vit. S. Liobæ*  
c. 10. to. 4.  
Act. p. 251.*vit. S. Greg.*  
Traj. n. 10.  
to. 4. Act. p.  
326.



Sæcul. VIII.  
A. C. 744.  
non computatis Novitiis, aliisque, quorum maximus erat numerus, ingenti solatio vidit. (\*)

## §. XLVIII.

## S. Lioba &amp;c.

vit. tom. 4.  
Abt. p. 249.

ap. Bonif.  
ep. 36.

Sanctus Bonifacius Virginum quoque Monasteria in Germania fundavit, qua in re adjutricem habuit egregiam S. Liobam ex Gente Anglorum, propinquam suam. Hæc ab unguiculis Deo consecrata, & in Monasterio Winburnensi Tettæ Abbatissæ Disciplinæ tradita, manuum labori & multo magis lectioni se totam dedit, atque usque adeo docta evasit, ut versus latinos scriberet, qua in exercitatione Sanctam quamdam Virginem, nomine Edburgam, Magistram habuit. Id ipsa nos docet in Epistola ad S. Bonifacium data, cujus hoc est initium: *Rogo te, ut amicitiae memineris, qua jungebaris parenti meo, ante annos octo defuncto, atque ores Deum pro anima ejus, & pro anima matris meæ cognatæ tuæ, quæ adhuc dum in vitæ cum morbo pertinaci conflictatur. In tota ejus familia nemo est, a quo tantum auxilii;*

(\*) Celeberrimæ hujus Abbatissæ Præfules & S. R. Imp. Principes Summus Pontifex Benedictus XIV. ad Dignitatem Episcopalem anno 1752. evexit.

*auxilii, quantum a te sperem. Mitto tibi hoc munusculum, ut non obstante locorum distantia mei recorderis.* Nempe jam tunc temporis S. Bonifacius prædicabat Evangelium in Germania, unde ad eam, ceterasque ejusdem Monasterii Religiosas fæminas scribens petit, ut pro se orent, quo Ministerio suo digne fungi possit. In his Epistolis S. Lioba vocatur Leobigutha, id est, Deo Dilecta.

Exinde S. Bonifacius Tettam Abbatissam rogavit, ut Liobam mitteret in Germaniam, auxilio sibi & consolationi futuram; quippe piæ Virginis fama eam jam tunc in extera Regione commendaverat. Tum a Tetta ægre licet dimissam, & in Germaniam delatam excipiens S. Bonifacius statuit ejus opera uti ad instituendas Sanctimoniales, ea ratione qua Sturmium, quem Anachoretam suum appellare consueverat, ad informandos Monachos adhibebat. Ergo eidem Monasterium extruxit in loco, qui deinde *Bischofsheim* dictus est, id est Domus Episcopi, & unde hodie aliqua Civitas Diocæsis Moguntinæ nomen servat, nam Monasterium ætatem non tulit. Tunc autem magna Virginum Congregatio extitit, ex qua multæ Abbatissæ, ut aliis Monasteriis præessent, evocata.

Mulier quædam miserrima, infirmo & inclinato corpore, quæ ad portam

L 5      Mona-

Sæcul. VIII.  
A. C. 744.  
ep. 25.

c. 14.

Sæcul. VIII. Monasterii cubabat, & de residuis mensæ  
A. C. 744. Abbatissæ alebatur, cum ex fornicatione  
 infantem peperisset, eum noctu in am-  
 nem, muros Monasterii alluentem pro-  
 jecit. Sed ecce! alia mulier veniens  
 mane aquam haustura infantem mor-  
 tuum videt, totumque vicum clamore  
 implet dicens, hunc nempe esse ritum,  
 quo Moniales istæ infantes suos baptiza-  
 rent, & fluvii aquas inficerent. Con-  
 currit, infremisque omnis populus, &  
 statim Abbatissa aliquam Monialium sua-  
 rum, bona sua venia e Monasterio absen-  
 tem revocat, quæ Deum testem suæ in-  
 nocentiæ invocabat, rogans, ut eam,  
 quæ rea esset manifestaret. Tunc Abba-  
 tissa omnes Virgines in Oratorio con-  
 gregat, Psalterium recitare jubet stantes,  
 & extensis in formam Crucis brachiis,  
 tum ter in die ad Tertiam, Sextam & No-  
 nam circum Monasterium inter publicas  
 preces procedere; cumque tertio pro-  
 cessuræ essent, Lioba præsentem toto po-  
 pulo ad Altare accedens, coram Cruce,  
 quæ deferenda erat, Deum inter lacry-  
 mas & elevatis in Cælum manibus ora-  
 vit, ut Religiosam familiam ab hoc op-  
 probrio liberaret. Illico infelix illa pec-  
 catrix a Dæmone correpta, crimen suum  
 coram omnibus confitetur. Populus  
 Deo lætis vocibus gloriam reddidit, San-  
 ctimoniales ab omni suspitione liberatæ;

at

at mulierem ream hospes infernalis toto Sæcul. VIII.  
 reliquæ vitæ tempore nunquam reliquit. A. C. 744.  
 S. Lioba multis aliis prodigiis illustris fa-  
 cta est. Habebat quoque in sua Congre- *Othl. l. 1. c. 25*  
 gatione Monialem nomine Theclam, quæ *Act. to. 4.*  
 eam, cum ex Anglia solveret, secuta, *p. 42.*  
 Chizingæ ad Mœnum in Diœcesi Her-  
 bipolensi Abbatissa fuit.

§. XLIX.

*Baptismus in nomine patria.*

Inter hæc Virgilius & Sidonius Presby-  
 teri, qui sub Regimine S. Bonifacii Fi- *Zach. ep. 6.*  
 dem in Bavaria prædicabant, datis ad  
 Zachariam Papam litteris deferunt, in-  
 ventum esse in illa Provincia Presbyte-  
 rum, qui latinæ linguæ ignarus baptiza-  
 ret in hæc verba: *Baptizo te in nomine*  
*Patria & Filia & Spiritua Sancta*, at-  
 que S. Bonifacio sententiam stetisse, ite-  
 randum esse Baptismum ita collatum.  
 Acceptis litteris Papa ad Bonifacium re-  
 scripsit, mirari se, quod hujus esset opi-  
 nionis, *Nec consentire possumus*, inquit,  
*ut iterum baptizentur, quos ille Presby-*  
*ter in hunc modum baptizavit, quia sim-*  
*pliciter ignorabat latinam linguam, nec*  
*ullum errorem invehere volebat; cum ne-*  
*quidem illi rebaptizentur, qui ab Hære-*  
*ticis baptizati fuere, si modo in nomine*  
*Trinitatis baptizati sint.*

§. L.

Sæcul. VIII.  
A. C. 745.

§. L.

*Gervilio Episcopus depositus.*

*vit. S. Bonif. per Othl. l. I. c. 37.* Sub idem tempus, nempe annum septingentesimum quadagesimum quintum, Sancto Bonifacio Auctore Carolomannus Princeps iussit celebrari Concilium, in quo causa aliquot Clericorum Hæreticorum ab Adalberto & Clemente seductorum ad examen vocata, & Gervilio Episcopus Moguntinus depositus. Is successerat Geroldo parenti suo, qui ut esset Episcopus, in acie contra Saxones dimicans lethale vulnus recepit. Ut morientem Patrem solarentur, dederunt ei Successorem in Episcopatu filium, laicum, & in Principis Aula tunc versantem. Haud diu postea Episcopus Gervilio (ita filius Geroldi vocabatur) Carolomannum Principem in Saxones moventem secutus, cum uterque exercitus in ripa fluminis adversa castra posuisset, unum servorum suorum in hostium castra misit, qui accurate perquireret, quis ille, & quod ei nomen, qui parentem suum in acie occidisset. Invenit eum, aliis monstrantibus, servus, rogavitque, ut ad Dominum suum venire non gravaretur, esse enim, quod solus soli loqueretur. Ergo ambo, equo vecti, in medio flumine congregiuntur, & Gervilio ense adversarium validissime ferit,

ferit, dicens, ita oportere filium genitori Sæcul. VIII.  
 occiso parentare. Saxo animam agens A. C. 745.  
 in aquas corruit. Interim nemo Gervil-  
 lionis factum damnabat, sed ipse Episco-  
 pi Officio fungebatur.

At eum S. Bonifacius in Concilio cri-  
 minis arguit affirmans, virum homicidii  
 reum Sacerdotio fungi non posse. Præ-  
 terea adjecit, quod eum suis vidisset o-  
 culis, ludentem cum avibus & canibus,  
 quod Episcopum minime deceret. Ita-  
 que Gervilio a Concilio damnatur, &  
 Episcopatu privatur. Ille quidem Ro-  
 mam appellare meditabatur; sed videns  
 potestatem sæcularem Concilii judicio  
 consentire, cessit.

## §. LI.

*Epistola ad Regem Merciorum.*

Verosimile est S. Bonifacium ex hoc Ep. 19. ap.  
 Concilio litteras dedisse ad Ethel- Bar. an. 745.  
 baldum Regem Merciorum: nam in iis v. ep. 10.  
 non suo tantum loquitur nomine, sed  
 etiam septem Episcoporum, nimirum A-  
 belis Archiepiscopi Rhemensis, Sancti  
 Burchardi, S. Willibaldi, & quatuor a-  
 liorum, qui minus noti nobis sunt. In  
 Epistolæ exordio laudat Regem, quod  
 eleemosynas largiter det, quod in Regno  
 suo vim injustam prohibeat, Justitiam  
 administret, & pacem conservet. Tum  
 ad ea, quæ sibi proposuerat dicenda, trans-  
 iens,

Sæcul. VIII. iens, inquit; *Summo dolore percepimus,*  
 A.C. 745. *te nunquam duxisse uxorem legitimam,*

*sed vagam sectari libidinem, atque etiam,*  
*malum! cum feminis Religiosis forni-*

*cari.* Deinde adducit ex Sacra Scriptu-  
 ra Textus, qui docent enormitatem hu-  
 jus peccati, illis sceleribus adnumerati,  
 quæ a Regno Cælorum excludunt. His

subjungit: *Ipsi pagani in vetere Saxonia*  
*adulterium & stuprum gravissimis pe-*  
*nis prosequuntur. Si filia familias do-*  
*mui patris sui probrum intulit, si nu-*  
*pta datam marito thori fidem violavit,*  
*non nunquam compellitur, ut sibi ipsi la-*  
*queo gulam frangat, & postquam cada-*  
*ver concremarunt, supra eundem rogam*  
*scortatorem suspendunt. Non nunquam*  
*convocant turbam mulierum, quæ ream*  
*per vicos raptant, & præcisis vestimentis*  
*usque ad cingulum nudatam cædunt, se-*  
*cant, cultris laniant, usquequo eam aut*  
*mortuam aut vix vivam derelinquant.*

Deinde, quantum in subditos valeat  
 Regis exemplum, docet, & addit, inde  
 famam Gentis Anglorum in Italia &  
 Francia proscindi, Deum in pœnam simi-  
 lis libidinis Hispaniam, Provinciam &  
 Burgundiam Saracenis tradidisse, forni-  
 cationes & adulteria sæpe etiam homi-  
 cidii causam esse, dum infelicissimæ me-  
 retrices sobolem in peccato genitam, ut  
 infamiam effugiant, occidunt, atque tu-  
 mulos

mulos corporibus & inferos miseris ani-  
mabus satiant. Sæcul. VIII.  
A. C. 745.

S. Bonifacius præterea queritur, quod  
Rex privilegia Monasteriorum frangat,  
facultates auferat, & Præfecti ejus Mo-  
nachos Presbyterosque graviore servitu-  
te premant, quam Antecessores ipsius.  
Tum adducit exempla Regum Ceolredi  
& Osredi, quos ob hæc scelera imma-  
tura & terribilis mors rapuisset.

His Epistolis adjecit duas alias unam ep. 8. 10.  
ad Edbertum Archiepiscopum Eboracen-  
sem Wilfridi II. Successorem, alteram  
ad Herefridum Presbyterum, Regi ca-  
rissimum & arcanorum omnium con-  
scium. In iis dicit, se in hac causa nul-  
la alia re moveri quam amore patriæ,  
Salutis Regiæ zelo, & mandatis Papæ,  
qui, cum se ad prædicandum Evangelium  
in Germaniam mitteret, jussisset, ut  
quoscunque Christianos, a via Salutis  
abductos, revocare omnibus viribus ad-  
niteretur. Rogat Archiepiscopum, ut  
sibi aliquos Bedæ libros mittat; ipse ve-  
ro mittit aliquot S. Gregorii Epistolas,  
Roma acceptas, quas in Anglia reperiri  
non posse credit.

§. LII.

*Adalbertus & Clemens Hæretici.*

Interim ut ea, quæ in Concilio decreta  
fuerant, effectui darentur, S. Bonifa-  
cius Bonif. ep.  
135.



Sæcul. VIII. A. C. 745. cius ad Zachariam Papam duas scripsit  
Epistolas; & illius, quæ ad nos usque  
pervenit, hujusmodi est initium: *Postquam me ante annos prope triginta Servitio S. Sedis obstrinxi, quidquid mihi lætitiæ vel tristitiæ accideret, Apostolico Pontifici solebam indicare, ut ejus consilio roborarer. Notum ergo sit Paternitati vestræ, quia postquam mihi indigno mandasti, Provinciæ Francorum præesse, multas persecutiones passus sum a falsis Episcopis, Presbyteris & Clericis impudicis, quorum unus, Adalbertus nomine, natione Gallus est, & alter, nomine Clemens, genere Scotus.*

*Adalbertus in primæva ætate Hypocrita fuit, dicens, quod sibi Angelus Domini de extremis finibus Mundi attulerit miræ Sanctitatis Reliquias, & exinde potuerit omnia, quæcunque a Deo poposcisset, impetrare. Hac simulatione penetravit multorum domos, attraxitque ad se multitudinem muliercularum & rusticorum, dicentium, quod ipse esset vir Apostolicæ Sanctitatis, & miracula patrasset. Præterea conduxit data pecunia Episcopos indoctos, qui se contra præcepta Canonum absolute ordinarunt, id est sine determinata Sede. Unde tanta superbia elatus est, ut se æquipararet Apostolis Christi, & dedignatus in alicujus Apostolorum vel Martyrum honorem Ecclesiam*

*siam consecrare, in proprium honorem de-* Sæcul. VIII.  
*dicaret Oratoria. Fecit parvas Cruces* A. C. 745.  
*& Oratoriola in campis, ad fontes, vel*  
*ubicunque sibi videbatur, & jussit ibi pu-*  
*blicas orationes celebrari, ita ut populi*  
*spretis ceteris Episcopis, & dimissis an-*  
*tiquis Ecclesiis, in talibus locis Conven-*  
*tus agerent, dicentes: Merita S. Adal-*  
*berti adjuvabunt nos. Ungulas quoque*  
*suas atque pilos dedit, qui cum Reliquiis*  
*S. Petri portarentur, & honorarentur.*  
*Tandem, quod maximum scelus & blas-*  
*phemia est, venienti populo, ad pedes ejus*  
*prostrato, & cupienti confiteri peccata*  
*sua, dixit: Scio omnia peccata vestra,*  
*quia omnia occulta vestra mihi cognita*  
*sunt, ideoque non est opus confiteri ea; re-*  
*missa sunt vobis peccata præterita, itaque*  
*securi de absolutione vestra revertimini*  
*in domos vestras in pace. (\*) Denique*  
*Adalberti mores, habitus, incessus ea om-*  
*nia referunt, quæ S. Evangelium Hypo-*  
*critas facturos esse testatur.*

*Alter Hæreticus nomine Clemens Ca-*  
*nones & Concilia, Tractatus & explica-*  
*tiones Patrum S. Hieronymi, S. Augusti-*  
*ni,*

(\*) In hoc loco Cardinalis Baronius addit  
 Reflexionem: *Vidisti, Lector! perseverantem*  
*jugiter in Ecclesia veterem usum confitendi oc-*  
*culta peccata Sacerdotibus &c.*

*Hist. Eccles. Tom. X.*

M

Sæcul. VIII. *ni, S. Gregorii rejicit. Affirmat se posse*  
 A.C. 745. *duos filios in adulterio natos esse posse Le-*  
gis Christianæ Episcopum. Item Ju-  
*daismum introducens, justum esse dicit*  
*Christiano, ut viduam fratris sui defun-*  
*cti accipiat uxorem. Dicit, quod JEsus*  
*Christus, descendens ad inferos, liberasset*  
*omnes damnatos etiam incredulos & ido-*  
*lolatras. Multa quoque alia horribilia*  
*contra Doctrinam Catholicam de Præde-*  
*stinatione affirmat. Quapropter precor,*  
*ut datis ad Carolomannum Ducem litte-*  
*ris eos duos Hæreticos carceri mancipari*  
*cures, & nemo eis loquatur, vel in quo-*  
*cunque communicet. S. Bonifacius ad*  
*ferendam hanc Epistolam & Acta, quibus*  
*duo impostores convincebantur, Dene-*  
*ep. 18. Bonif. di Presbyteri opera usus est. Aliam e-*  
*epist. Germ. tiam dederat Epistolam ad Gemmulum*  
 148. *inter* • *Ecclesiæ Romanæ Archidiaconum veterem*  
*Bonif. S. Bonifacii amicum, qui Summo*  
*Pontifici Epistolam reddidit, Acta, que*  
*miserat, exposuit, & supra S. Bonifacii*  
*spem permovit, ut Concilium celebra-*  
*retur.*

## §. LIII.

*Concilium Romanum contra Adal-*  
*bertum & Clementem.*

to. 6. p. 1556 *Concilium igitur celebratum est Roma*  
*vigesima quinta Octobris Constan-*  
*tini Augusti anno vigesimo, post ejus Re-*  
*lucutio-*

stitutionem quinto, Indictione decima Sæcul. VIII.  
A. C. 745.  
 quarta, seu anno Salutis septingentesimo  
 quadragesimo quinto, præsidente San-  
 ctissimo Domino Zacharia Papa præsen-  
 tibus septem Episcopis Urbi vicinis, Pres-  
 byteris septendecim, cum Diaconis &  
 Clericis reliquis in Palatio Patriarchali  
 Lateranensi in Basilica Theodori, propo-  
 sitis in medio Sacrosanctis Evangeliiis.  
 Dicendi initium fecit Gregorius Notarius  
 Regionarius & Nomenclator in hunc  
 modum: *Deneardus Religiosus Presby-  
 ter Legatus Sanctissimi Archiepiscopi  
 Bonifacii Provinciæ Germanicæ pro  
 velo † est, & petit ingredi. Quid præ-* † *ad fores*  
*cipitis?* Dictum est: *ingrediatur.* Ille  
 ingressus ait: *Domine mi! cum juxta  
 vestri Apostolatus præceptum Dominus  
 meus Bonifacius Episcopus in Provincia  
 Francorum Synodum congregasset, & il-  
 lic falsos Episcopos Adalbertum & Cle-  
 mentem auctoritate Principum Franco-  
 rum adjutus Sacerdotio privasset, obti-  
 nuit, ut in custodiam detruderentur. Illi  
 vero nullum pænitiæ signum dant, sed  
 adhuc populum seducunt. Proinde hanc  
 vobis Epistolam offero, & rogo, ut eam  
 coram Sancto Concilio recitari jubeatis.*

Cum Theophanes Notarius Regio-  
 narius & Sacellarius hanc legisset, Zacha-  
 rias Papa dixit: *Audistis, quid in Episto-  
 la lectum sit de Sacrilegis illis, qui se A-*

M 2

post-

Sæcul. VIII. *postolis Christi meliores existimant. E*  
A. C. 745. *piscopi & Presbyteri dixerunt: Imo*  
*sunt Ministri Satanae, & præcursores*  
*Antichristi. Quis enim Sanctorum al-*  
*quando pro Reliquiis capillos suos, vel un-*  
*gues populo colendos tradidit, quod Al-*  
*albertus fecit? Tunc quia tardior hora*  
*erat, Papa dixit: Alio die in vitam &*  
*gesta eorum inquiremus, & quid fieri de-*  
*beat, pertractabimus.*

In secunda Sessione petiit Papa a De-  
 neardo Presbytero, ut Adalberti vitam  
 & alia Acta, quæ in manibus habebat,  
 proferret. Primum lecta est vita, cujus  
 præmisso magnifico titulo, istud erat ex-  
 ordium: *De simplicibus parentibus fuit*  
*procreatus, & de Gratia Dei coronatus.*  
*Quia cum in utero matris esset, vidit ge-*  
*nitrix ejus per visionem quasi egreden-*  
*tem vitulum de dextero latere suo, qui*  
*vitulus designabat gratiam, quam accepe-*  
*rat, antequam exiret e vulva.*

Adalbertus  
 Sycophanta

Hoc solum vitæ ipsius initium Actis  
 insertum est, at tota vita lecta. Dixit  
 que Zacharias Papa: *Quid ad hanc blas-*  
*phemiam respondetis? Sanctissimi Fra-*  
*tres! Episcopus Epiphanius dixit: Ex*  
*Divina profecto inspiratione motum est*  
*cor vestri Sancti Apostolatus, ut Fratrem*  
*nostrum Bonifacium & Francorum Prin-*  
*cipes commoneretis, in partibus illis post*  
*longa tempora Concilium esse convocan-*  
*dum,*

*dum, ne schismata ista & blasphemiae Sancti-  
 ſto vestro Apostolatus celarentur.*

Sæcul. VIII.

A.C. 745.

Papa quæſivit ex Deneardo, an aliquid præterea legendum haberet. Deneardus respondit: *Ecce, Domine! Epistola qua utebatur Adalbertus, & divulgabat, eam esse Jesu Christi, sibi que de Cælo venisse.* Lecta est cum Titulo in hæc verba: *In nomine Domini! Incipit Epistola Domini nostri Jesu Christi, quæ in Jerosolymam cecidit, & per Michaelem Archangelum inventa est in Porta Ephraim, lecta & descripta per manum Sacerdotis, nomine Icoræ, qui eam misit in Civitatem Jeremieæ alii Presbytero, nomine Talassio, & Talassius transmisit eam in Arabiam alii Sacerdoti, nomine Leoban, & Leoban transmisit Epistolam istam ad Vetsaniam civitatem, & recepit eam ibi Macrius Sacerdos, qui eam transmisit in sanctum montem Archangeli Michaelis, & per manus Angeli pervenit Epistola ista in Civitatem Romanam ad sepulcrum S. Petri, ubi claves Regni Cælorum constitutæ sunt, & duodecim Presbyteri, qui sunt in Romana Civitate, triduo vigiliis cum jejunio & orationibus celebrarunt.* Nihil ultra Actis insertum est, sed tota lecta fuit Epistola. Qua recitata Zacharias Papa dixit: *Profecto, Carissimi Fratres, Adalbertus iste redactus est ad insaniam, &*

M 3

cuncti,

Sæcul. VIII. *cuncti, qui hanc epistolam recipiunt, par-*  
A. C. 745. *vulorum more nihil sapiunt. Sed ne le-*  
*viore animi homines ultra decipiantur,*  
*oportet hanc causam discutere. Episco-*  
*pis consentientibus, reliqua ad aliam*  
*Sessionem, nempe tertiam, dilata.*

In Sessione tertia Deneardus obtulit orationem ab Adalberto compositam, cujus exordium erat: *Domine! Deus omnipotens! Pater Domini nostri Jesu Christi, ALPHA & OMEGA, qui sedes super thronum altissimum, super Cherubim & Seraphim.* Et infra: *Precor vos & adjuro vos! Angelus Uriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Inias, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoth, Angelus Simiel.* Tota Oratione perlecta Zacharias Papa dixit: *Quid dicitis ad hæc Carissimi Fratres! Episcopi & Presbyteri responderunt: Quid aliud agendum est, nisi ut omnia hæc concrementur, & Auctores anathematizentur. Nomina hæc, excepto Michaele, non sunt nomina Angelorum, sed Dæmonum. Juxta Sacram Scripturam non plura quam tria Angelorum nomina, Michael, Gabriel, Raphael (\*), novimus.* Zacharias Papa dixit: *Optime judicatis, concreman-*  
*da*

(\*) In Libro IV. Esdræ mentio fit de Angelo Uriel. Unde patet hos Patres Librum illum jam tunc pro Canonico non habuisse.

da esse Adalberti scripta, sed opportunum <sup>Sæcul. VIII.</sup>  
 est, ut in scrinio nostro conserventur ad <sup>A. C. 745.</sup>  
 æternam ejus confusionem. Nunc vero,  
 quia omnia perlecta sunt, in utrumque  
 Sententia ferenda est. Tunc Concilium,  
 utriusque delictis summatim memoratis,  
 sententiam contra Adalbertum, & Cle-  
 mentem pronunciavit, a Sacerdotio de-  
 posuit, iisque & Sectatoribus eorum, si  
 in errore perseverarent, Anathema dixit.  
 Huic Sententiæ Papa cum omnibus Epis-  
 copis & Presbyteris subscripsit. Tres  
 Sessiones hujus Coëcilii eodem die, nem-  
 pe uno die habitæ, datæ sunt.

## §. LIV.

*Epistola Papæ ad S. Bonifacium.*

Concilio soluto Zacharias Papa S. Boni-  
 facio Acta misit, & scripsit prolixam <sup>Zach. ep. 9.</sup>  
 epistolam, ultimo die Octobris eo-<sup>ap. Othl. lib.</sup>  
 dem anno septingentesimo quadragesi-<sup>ll. c. 7.</sup>  
 mo quinto datam, qua ad tres Bonifacii  
 epistolas (una vero solummodo nobis su-  
 perest) respondet. Ad primam respon-  
 dens, solatur S. Virum, & animos adde-  
 re contra malorum Christianorum moli-  
 mina, & Infidelium incurfus conatur.  
*Urbs ipsa Roma, inquit, propter peccata  
 sua a Barbaris vastata est, sed consolatus  
 est eam clementissimus Deus. Indicas po-  
 pulo tuo jejunia & supplicationes publi-  
 cas. Nos quoque, licet indigni simus,*



Sæcul. VIII.  
A. C. 745.

*preces nostras vestris miscebimus.* Deinde Papa Concilium nuper celebratum, & propositum Principum Francorum, Sedem Metropolitanam Bonifacio in finibus paganorum erigere meditantium approbat. Tum sequitur: *Quod spectat ad falsum illum Episcopum, de quo ad nos retulisti, esse natum in adulterio, Clerici impudici & latronis filium, in omni licentia educatum, & multorum scelerum reum, qui aliquot Episcopos se nibilo meliores consecravit, memoria utique tenes, nos te sæpius per litteras monuisse, ne quemquam homicidam, aut impudicum, aut penitentem ministrare patiaris.* De illis vero, quos baptizavit, aut Ecclesiis, quos consecravit, inquirendum est tibi, an nomen Trinitatis adhibuerit, et an illo tempore Sacerdotii officia ipsi interdicta non fuerint. Si hæc invenies adjuncta, tunc demum ipsius facta rata habebis. Falsus hic Episcopus Gervilio Moguntinus fuisse creditur. Rursus Papa approbat, quod in Concilio Leptinensi statutum fuerat, ut unumquodque conjugium Servorum Ecclesiæ anno vertente duodecim denarios Principi in sumptus belli contra Infideles, Saracenos, Saxones, Frisones redderet. De Presbyteris autem ob gravia peccata gradu Sacerdotali dejectis, qui poenitentiam in Monasteriis agere recusantes, & ad Palatium Regis Francorum per-

pergentes; petebant, ut sibi bona Eccle-  
siæ concederentur, quæ more Sæcula-  
rium vivendo dispergerent, dicit Papa,  
quod ad Principes Francorum litteras  
commonitorias direxerit.

Ad secundam epistolam, nempe illam,  
quæ in Concilio Romano in causa Adal-  
berti & Clementis lecta fuerat, refert  
Papa, quæ in hoc Concilio gesta sint, &  
mittit Acta. Ad epistolam tertiam re-  
spondet: *Ille vero alter seductor, nomine  
Gervilio, olim Episcopus, qui inconsultis  
omnibus ad nos venit, ubi Romæ fuerit,  
faciemus, quod Deo placitum credideri-  
mus.* Tandem ratum habet Pontifex, *ap. Bonif.  
ep. 148.*  
quod Colonia in Sedem fixam Bonifacio  
fuisset delecta. Hanc epistolam ad S. Bo-  
nifacium mittendi curam in se suscepit  
Gemmulus Archidiaconus, qui aliam suo  
nomine & amicitia causa scriptam addi-  
dit, & quia S. Bonifacius sibi vas argen-  
teum & textum lineum miserat, ipse in  
vicem duas libras piperis, cinamomi un-  
cias quatuor, & quædam alia aromata  
transmisit.

Gervilione subjecto, magis e re fore  
visum est, S. Bonifacium in Sedem Mo-  
guntinam introducere, quæ Ecclesia pris-  
cis temporibus Provinciæ Romanæ, quæ  
prima Germania dicebatur, Metropolis  
fuerat. Postea subjecta est Ecclesiæ Co-  
loniensi, quæ Metropolis utriusque Ger-

M 5 mania

Sæcul. VIII. mania evasit. Sequenti tempore, cum  
 A. C. 747. Wormatia duarum illarum Provinciarum  
 Caput esset, eidem urbi subfuit Moguntia. Tandem occasione S. Bonifacii in dignitatem Metropolitanam postliminio restituta est, ejusque Jurisdictio super Episcopatus tredecim, nimirum super Ecclesiam Argentoratensem, Spirensem, Wormatiensem, Coloniensem, Leodiensem, Augustanam, Herbipolensem, Buraburgensem, Erfordensem, Eichstättensem, Constantiensem, & Curiensem extensa. (\*)

§. LV.

*Concilium Cloveshoviense.*

Tom. 6. Conc.  
 p. 1565.

Cuthbertus Archiepiscopus Cantuariensis & Ethelaldus Rex Merciorum S. Bonifacii monitis obsequentes Concilium Nationale in Anglia Cloveshoviæ initio mensis Septembris anno septingentesimo quadragesimo septimo Indictione decima quinta exeunte celebrarunt. Cum Archiepiscopo Cuthberto aderant Episcopus Rosensis, Episcopi tres ex Regione Merciorum, duo ex Saxonia Occidentali, ex Anglia Orientali unus, ex

(\*) Hic non tredecim sed solum duodecim Episcopatus enumerantur. Quod inde est, quia Episcopatus Paderbornensis a Carolo Magno fundatus demum circa annum 799. accessit.

ex Saxonia Orientali unus, ex Saxonia Meridionali unus, & duo ex aliis Provinciis, universim Episcopi duodecim. Aderant quoque multi Presbyteri & Clerici minores, Rege Ethelbaldo cum Regni Proceribus presentibus. Cum Archiepiscopus duas Zachariæ Papæ epistolas protulisset, lectæ sunt, & in lingua vulgari explicatæ. Continebant vero monita salutaria ad omnes incolas magnæ Britanniæ directæ. Hortabatur Pontifex, ut mores ad Christianæ Doctrinæ regulam componerent, illis anathema comminatus, qui monita paterna contemnerent. Verisimile est, lectam quoque fuisse Epistolam S. Bonifacii ad Cuthbertum, cum illa huic Concilio præposita occurrat.

Postquam igitur Episcopi Angli sæpius consilia contulissent, Homiliis quoque S. Gregorii & Decretis Patrum examinatis condiderunt triginta Canones, quorum plerique continent monita generalia Episcopis data, ut suo officio satisfaciant, & antiquas Regulas Ecclesiasticas servent. Nihilominus aliqua notatu digna sunt. Quamvis Ecclesia horreat abusum, quo Sæculares aliquorum Monasteriorum possessionem invaserant, statuitur tamen, ut Episcopus etiam illa Monasteria adeat, & provideat, ne Sacerdotum Ministerium in illis deficiat.

Sæcul. VIII.  
A. C. 747.

c. 5.

Sæcul. VIII.  
A. C. 747.

c. 10.

defit. Omnes Presbyteri Symbolum Fidei, Orationem Dominicam, sacrosancta verba, quæ in Missæ celebratione, & officio Baptismi, item quæ in aliis Ritibus Ecclesiasticis solemniter dicuntur, interpretari & vulgari lingua exponere discant.

c. 12.

In Ecclesia sobrie cantent & simpliciter juxta consuetudinem, & qui nesciunt cantum, his satis sit, si legendo pronuncient. Omnia Festa toto anno celebrentur juxta exemplar Martyrologii Romanæ Ecclesiæ.

c. 13.

Nunquam antea hujus Martyrologii occurrit mentio, credoque, verba Concilii de Martyrologio Bedæ

c. 23.

esse accipienda. Speciatim præceptum, ut Festum S. Gregorii, & S. Augustini Discipuli ejus, vigesimo sexto Maji celebraretur. Ad frequentem Communionem invitantur non solum Monachi, sed inter Laicos etiam pueri, qui necdum videlicet lascivientis ætatis corruptela sunt vitiiati, & provectioris ætatis homines, qui peccare desinunt. Hoc Concilium quidem ad dandam eleemosynam Fideles excitat, sed damnat jam tunc irrepentem abusum, quod vellent non nulli pœnas canonicas a Presbytero in satisfactionem peccatorum sibi injunctas minui aut commutari, si largius eleemosynas darent. Eleemosyna magis pœnitentiam augeat, sed peccatores ab obligatione

c. 26.

gatione orandi & jejunandi non eximat præfertim illos, quibus expedit, macc-

Sæcul. VIII.

A. C. 747.

rare carnem suam peccatorum occasionem & irritamentum. Illi quoque damnantur, qui putabant, pro pœnitentia sibi injuncta satisfieri posse, si alii pro ipsis jejunarent aut Psalmos canerent.

c. 27.

*Eadem caro, dicunt Patres, quæ ad peccandum incitavit, pœnam subeat; quia alias, si ita placari per alios possit Divina Justitia, divites facilius salvarentur quam pauperes, contra, quam Evangelium* Matth. 19.

23.

Archiepiscopus statim per unum Diaconorum suorum hujus Concilii Acta misit ad S. Bonifacium Moguntinum, qui rescribens magnam animarum utilitatem inde proventuram eidem gratulatus est.

## §. LVI.

*Carolomannus mundo valedicit.*

**E**odem anno 747. Carolomannus Sæculo valedixit, Princeps bello clarissimus, Alemannorum, Bavarorum, Saxo-

A. C. SS.

Ben. to. 4.

p. 123.

num in acie sæpius victor; at insigni pietate & Religionis amore illustrior, dum S. Bonifacium contra Adversarios magno animo defendit, Concilia convocari præcepit, dum in loca & causas pias magnificentissimus extitit. Ergo defuncta uxore mundum reliquit, tum desiderio Regni Cœle-

Sæcul. VIII. Cœlestis captus, tum ob subeuntem penitentiam, quod anno 746. magnam Germanorum rebellium multitudinem truncidari iussisset. Anno sequente, Regni sui septimo, Ditiones suas, nempe Franciam Orientalem, atque Tutelam Drogonis filii sui Pipino Fratri relinquens recessit.

*Sup. lib.*  
*XXXVII.*  
*S. 8.*  
*Act. SS. to.*  
*2. pag. 255.*  
*Mirac. c. 2.*

Carolomannus, iter Romam versus capeffens, primum venit ad S. Galli Monasterium, ante annos viginti septem in loco secessus & sepulturæ sancti illius Viri fundatum. Ecclesia ibi olim ædificata, cui aliquot Clerici ministrabant, multa, quæ edebantur, miracula, magnum populi confluxum attrahebant, & multæ afferebantur oblationes, imo agri quoque huic Ecclesiæ donabantur; unde Waldramus illius loci Dominus, videns quod redditus in res profanas profunderentur, qui ad alendam Monachorum congregationem possent sufficere, a Victore Comite Coriensi petiit sibi dari Presbyterum, Virum Sanctum, nomine Othmarum seu Audomarum in ipsius Domo diversantem, eique hanc Ecclesiam cum ditionibus ad eam pertinentibus tradidit. Ut opus, quod inceperat, firmum esset & ratum, Waldramus Carolum Martellum adierat, eique Dominium & proprietatem in Cellam Anachoreticam S. Galli cesserat, rogans ut illuc  
Othma-

Othmarum introduceret. Consensit Sæcul. VIII.  
A. C. 747.  
Princeps, jussitque ibi condi Monasterium. Hæc fuere Principia notissimæ Abbatiaë Durgaugiensis seu S. Galli, quæ posteriore tempore celeberrima in Germania Monastica Disciplinaë schola extitit. Fundatio ista ad annum septingentesimum vigesimum refertur. Huc igitur Carolomannus divertit, & datis ad Fratrem suum Pipinum litteris rogavit, ut in fraterni amoris pignus, quod ipse abdicatis jam omnibus non posset, huic Monasterio cujusdam boni immobilis donationem faceret. Pipinus, quod petebatur, fratris precibus dedit.

Carolomannus iter profecutus, ubi cum servulorum fidissimis Romam peruenit, S. Petro aliquot dona, & inter alia *Anast. in Zach.* grandem arcum argenteum, septuaginta librarum seu centum & quinque marcarum obtulit, seque ipsum S. Apostolo dedicans, monasticum habitum de manu Pontificis accepit. Ad montem Soractem deinde se recepit, ibique Monasterium construxit in honorem S. Silvestri Papæ; quippe hic S. Papa, ut persecutionem fugeret, ibi latitasse ferebatur. Cum Carolomannus in hoc Monasterio aliquamdiu mansisset, & multi nobiles Franci, Romam voto se exsolvendi causa peregrinantes, illuc venirent, ut Principem, Dominum antea suum, salutarerent,



Sæcul. VIII. A. C. 747. rent, hominum frequentiam exosus relicto monte Soracte ad Montem Cassinum & Monasterium S. Benedicti se contulit, ubi juramento se adstrinxit, quod reliquum vitæ tempus ibidem perseverare vellet, id est, votum stabilitatis secundum Regulam emisit. Igitur sub Petronace Abbate adhucdum superstite Carolomannus in rigidissima vitæ monasticæ Disciplina exercebatur, atque in culina ministrasse (\*), greges ruri pavisse, in horto laborasse dicitur.

Chr. Cassin.  
l. I. c. 7.

## §. LVII.

*Rachis Rex, Monachus.*

**H**aud multo post tempore Rachis quoque Rex Longobardorum in monte Cassino Monachum induit, quod ut ceperet

(\*) Regino in Chronico præter alia de Carolomanno narrat: *accidit autem, ut, juxta quod mos est, ad coquinæ officium deputaretur. Quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter offenderet, coquus vino æstuans (Et nesciens quod esset Carolomannus) ei alapam dedit, dicens: ita te fratribus deservire oportet? cui illi nihil motus placido vultu respondit: indulgeat tibi Dominus, frater! Et Carolomannus! Cum id tertio fieret, comes individuus, cui soli Carolomannus notus erat, arripuit pilum unde panis in olera patrum mittendus conterebatur, & cum omni adnifu coquum percussit dicens: nec tibi Deus parcat, serve nequam! nec Carolomannus indulgeat!*

peret consilium, Zachariæ Papæ hortatus effecisse creditur. Quippe cum nunci-  
 cium fuisset allatum, Rachim Perusium obsidere, Zacharias ad eum se contulit,  
 tumque oblatis magnis donis, tum instantissimis precibus obtinuit, ut obsidionem solveret. Imo non hic stetit Regis conversio, sed ex Pontificis colloquio usque adeo rerum Cœlestium desiderio accensus est, ut paucos post dies, deposita Dignitate Regia, qua annis quinque & dimidio fulserat ab obitu Luitprandi, Romam veniens, & habitum Monasticum e manibus Zachariæ Papæ accipiens, Montem Cassinum petierit, ibique usque ad mortem perseveraverit. (\*) Etiamnum post annos trecentos monstrabatur vinea ab hujus Regis nomine dicta, quam manibus suis plantasse & coluisse ferebatur. Regia uxor Tasia & filia ejus Ratrudis cum Rege mundum relinquentes haud procul inde Monasterium Virginum in loco, qui Plumbariolus dicebatur, licentiam concedente Abbate Petronace, condiderunt, ubi collatis

Sæcul. VIII.  
A. C. 747.

Anast. in  
Zach.

Chr. Cass. l. I.  
c. 8.

(\*) Felix Sæculum Benedictinum, quo Monachorum Sanctitas, morum simplicitas & strictissima Regulæ observatio non vulgaris modo conditionis homines, sed etiam Maximos Principes & coronatos vertices ad hujus Instituti amplexum invitabant?

*Hist. Eccles. Tom. X.*

N

Sæcul. VIII. A. C. 747. tis multis possessionibus reliquos vice  
 dies sanctissime transegerunt. Rachis  
 coronam dimisit anno 750. & Successo-  
 rem habuit in Regno Longobardorum  
 Aistulphum fratrem suum. Sub idem  
 tempus Gisulfus Dux Beneventanus Re-  
 gis Luitprandi nepos ad montem Cassi-  
 num divertens, cum ei Monachorum  
 piissima conversatio summopere placui-  
 set, totum in circuitu territorium huius  
 Monasterio donavit. Uxor quoque ejus,  
 quæ Scauniperga vocabatur, Idolorum  
 Templum in monte Cassino extructum,  
 in Ecclesiam honori S. Petri dedicatam  
 convertit, imagines, & quæ ad officium  
 Divinum celebrandum necessaria erant,  
 intulit. Petronax Abbas e vivis abiit  
 anno septingentesimo quinquagesimo,  
 postquam illi Monasterio annis triginta  
 præfuisset. Is a tempore S. Benedicti  
 Abbas sextus fuit, & Optatum Successo-  
 rem habuit.

*Ab. SS.*  
*Ben. to. 3. p.*  
*697.*

## §. LVIII.

*Epistolæ Zachariæ Papæ in Fran-  
 ciam datæ.*

**P**ipinus misso Romam Presbytero Ar-  
 dobano, consentientibus Episcopis,  
 Abbatibus & Regni Proceribus, Zacha-  
 riam Papam consuluerat de variis qua-  
 stionibus Disciplinam respicientibus, quæ  
 ad tres summatim articulos, nimirum de  
 Ordine

Ordine Episcopali, de pœnitentia homicidarum, & conjugis illicitis referebantur. Sæcul. VIII.  
A. C. 747.  
 Optimates quoque Francorum missis ad Papam legatis indicaverant, quod Civitatem Moguntinam in Metropolim elegissent. Et tandem S. Bonifacius opera S. Burchardi Episcopi Herbipolensis, Romam proficiscentis, ad Papam epistolas dederat, in quibus querebatur de Virgilio Presbytero, quod accepto Romæ responso sibi favente circa baptismum verbis barbaris administratum, inde reversus se jactasset, dimissum se a Pontifice, addito promisso, ut unquam quatuor illorum Episcoporum, quos S. Bonifacius in Bavaria constituerat, nempe qui prior decessisset, succederet. Sup. §. 47.  
Sup. §. 23. Item quod inter se & Ducem Odilonem rixarum semina spargeret, & quod non nullos errores doceret. Hæc omnia ex Zachariæ Papæ Responsis dispicimus.

Epistola responsoria prima data est ad Pipinum Majorem Domus, ad Episcopos, Abbates, & Proceres Franciæ, quos exhortatur, ut singuli officio suo satisficiant. Sæculares adversus Infideles fortiter dimicarent, Clerici pugnantes Laicos precibus & consilio adjuvarent. Zach. ep. 7. Tum respondet ad articulos viginti septem, de Auctoritate Metropolitaram, de Episcopis, de Presbyteris, aliisque Clericis reis vel condemnatis, de Presbyteris rebellibus

Sæcul. VIII. bus vel vagabundis, de continentia Cle-  
 A. C. 747. ricorum, de conjugii illicitis, & homici-  
 dis. Ad hos Articulos Papa nihil aliud  
 respondet, quam quod referat antiquos  
 Canones in Codice Ecclesiæ Romanæ  
 contentos, scilicet Canones Apostolorum,  
 Nicenos, Antiochenos, aliosque & de-  
 mum Pontificum Decretales. Unde de-  
 prehenditur, hos Canones ultra Alpes  
 non satis fuisse cognitos. Huic episto-  
 læ juncta est alia, speciatim ad S. Boni-  
 facium data, in qua præcipit Papa, ut  
 convocata Synodo hæc Decreta legan-  
 tur. Præterea tres viri Sacrilegi Adal-  
 bertus, Godolfacius & Clemens in ea pro-  
 ducantur, eorumque causa iterum ex-  
 acte excutiatur. His Papa subjungit  
*si vero innocentes se pertinaciter affir-  
 ment, mitte eos cum duobus tribusve piis-  
 simis & sapientissimis Episcopis ad nos, ut  
 eorum causa coram Sacra Sede examina-  
 tur, & finiatur.* Nullibi alias de hoc  
 Godolfacio quidquam legimus. Sed istud  
 notari meretur, quod Papa causam Adal-  
 berti & Clementis jam antea in Conci-  
 lio Romano judicatam, iterum discutienda  
 in ipsis locis remittat; forte ideo,  
 quod in Romano Concilio non fuerint  
 præsentibus. Hæc epistola data est quinto  
 Januarii, anno Constantini Imp. vigesimo  
 octavo, post ejus reditum sexto, Indi-  
 catione decima quinta, atque ex his  
 dua

duabus notis conficitur annus septingen- Sæcul. VIII.  
 tesimus quadragesimus septimus. Quod A. C. 748.  
 magis verisimile videtur.

## §. LIX.

*Responsa Sancto Bonifacio data.*

Anno sequente Pontifex datis ad S. Bo- ep. 10. ap.  
 nifacium litteris una scriptione ad Othl. c. 9.  
 multas quæstiones respondit. Prima  
 quæstio versabatur circa Baptismum, cu-  
 jus valorem nec a probitate nec ab im-  
 probitate Ministri dependere S. Bonifa-  
 cius credebat. Hujus rei veritatem Pa-  
 pa confirmat; sed illos dicit esse bap-  
 tizandos, quorum vel incertus est bap-  
 tismus, vel non est collatus in nomine trium  
 Personarum de Trinitate. De Baptismo  
 autem sub conditione nulla mentio.  
 Subjungit Pontifex: *Retulisti ad nos, quod* p. 1519.  
*inveneris impostores Catholicis Presbyte-*  
*ris numero plures, qui nomen Episcopi aut*  
*Presbyteri falso gerunt, cum a veris Epis-*  
*copis nunquam fuerint ordinati, qui po-*  
*populis illudunt, Ministerium Ecclesie tur-*  
*bantes, dolorum artifices, errantes, parri-*  
*cidæ, adulteri, incesti, hypocritæ, Sacri-*  
*legi. Item quod sint multi Servi tonsu-*  
*rati, qui fugerunt Dominos suos, qui,*  
*cum Diabolo serviant, transfigurant se in*  
*Ministros Christi, sine Episcopis proprio*  
*arbitrio viventes, qui populares habent*  
*contra Episcopos defensores, ne eorum im-*

Sæcul. VIII.  
A. C. 748

*probitatem coerceant. Qui seorsum popu-  
lum consentaneum congregant per agre-  
stia loca, & per cellas rusticorum, ubi eo-  
rum imperita stultitia celari Episcopis  
possit. Nec fidem Catholicam pagani  
prædicant, nec ipsi fidem rectam habent.  
Catechumenos verba solemnia professionis  
fidei non docent, nec renunciare Dæmoni  
Non formant signaculum Crucis super eos  
ante Baptismum. Ubicunque igitur ejus-  
modi Satanae Ministros deprehenderit, in  
futuro Concilio Provinciali eos Sacerdo-  
tio priva, & Regulæ Monasticæ subijce,  
sub qua vitam emendent, pœnitentiam  
agant, & moriantur. Si non convertan-  
tur, tu non ideo merito Justitiæ priva-  
ris. Hic videmus, qui fuerint illi falsi  
fratres, quibuscum S. Bonifacius tempo-  
re Prædicationis suæ conflictabatur.*

*In eadem epistola Pontifex damna-  
quemdam Presbyterum Scotum, nomine  
Samsonem, docentem, homines Christia-  
nos fieri posse sine baptismo sola imposi-  
tione manuum Episcopi. Et post alia  
dicit: Retulisti etiam ad nos quædam de  
illo Virgilio, de quo nescimus, an dicatur  
esse Presbyter, quod tibi, quia errores ejus  
refutas, nocere conetur, dissensionem inter  
te & Odilonem Ducem Bavariæ fovens, &  
dicens, nos ideo ipsum misisse, ut in Sedem  
alicujus, ex quatuor Episcopis, a te ordina-  
tis, evebatur. Quod ad ejus perversam  
Doctri-*

Doctrinam spectat, si convincatur docere, Sæcul. VIII.  
 dari alterum Mundum, & alios sub terra A. C. 748.  
 homines, (\*) alium solem, & aliam lunam, Antipodes.  
 eum in Concilio Sacerdotio privatum ex  
 Ecclesia ejice. Datis quoque litteris ad  
 Ducem Bavariæ postulavimus, ut Virgi-  
 lium ad nos mittat, a nobismetipsis exa-  
 minandum, & juxta Canones judicandum.  
 Ipsi Virgilio & Sidonio datis litteris  
 pœnas Canonicas minati sumus; sed po-  
 tius tibi quam ipsis fidem habemus. In  
 hac quoque epistola approbat Confessio-  
 nem Fidei a S. Bonifacio tam suo quam  
 quorundam aliorum Episcoporum Franciæ  
 nomine sibi missam, & Gratias Deo agit,  
 quod eos ad unitatem Sacræ Sedis redu-  
 xerit. Ad hos etiam Episcopos alteram

N 4 dedit

(\*) Hic est S. Virgilius, postea Episcopus Sa-  
 lisburgensis, de quo in Historia Salisburgensi  
 Lib. II. Cap. IX. hæc leguntur: Facile tamen or-  
 bi Christiano se purgavit, suamque opinionem  
 communi postea calculo receptam, & tum ratio-  
 ne, tum nostrorum Sæculorum experientia com-  
 probatam persuasit; cum ostendit, non se alte-  
 rum orbem fingere, sed unum eundemque orbem  
 a Deo conditum, ab eodem Protoparente pro-  
 pagines vitæ & peccati ducentem, a Christo eo-  
 dem impendio redemptum, sphericum corpus  
 esse, utrinque habitatum, quod vel solaris globi  
 & siderum cælorumque circumvolutio ostende-  
 ret. Sed & apud Romanam Curiam se per-  
 purgasse argumento est, quod non multis post an-  
 nis cum plausu Cathedræ Salisburgensi Pontifi-  
 cis ipsius suffragio admotus fuerit.



Sæcul. VIII.  
A. C. 748.

dedit epistolam, eorumque nomina tredecim ex quatuor Provinciis Moguntina, Rhemensis, Rothomagensis, & Senonensis apponit. Laudat Præsules, quod tam inter se, quam cum Ecclesia Romana sint concordēs, hortaturque, ut Bonifacium Sacrae Sedis Legatum adjuvent.

Quia S. Bonifacius petierat, ut Papa Episcopum in Franciam mitteret, respondet: *Donc te Deus incolumem servabit, non opus est mittere alium, qui vices tuas gerat. Mitte tales, qui tibi idonei videbuntur, ad prædicandum Evangelium in loco a te designando, & cura, ut Concilia*

Epistolæ ad  
S. Bonifacium.

*celebrentur.* Approbat deinde, quod Franci Moguntiam in Metropolim & Sedem Bonifacii elegissent. Suadet, ut ab ea non discedat, sed licentiam dat, in senectutis suæ solatium Episcopum ordinandi illum, quem dignum sibi Successorem fore existimaverit, nempe Coadjutorem. Hæc epistola primo Maji, anno Constantini vigesimo nono, Indictione prima, seu anno Salutis septingentesimo quadragesimo octavo data est. Extat & alia triennio tardius nempe post annum septingentesimum quinquagesimum primum data, in qua Summus Pontifex, ut faveat S. Bonifacio & Successoribus ejus, Dignitatem Sedis Metropolitanæ Ecclesie Moguntinæ confirmat, & Civitates Tungrensem, Colonensem, Wormatiensem, Spiren-

Zach. ep. 13.  
ap. Othl. c.  
14.

Spirenses, Ultrajectenses, omnesque Sæcul. VIII.  
Germaniæ civitates, quo S. Bonifacius A. G. 751.  
Fidem Catholicam invexisset, eidem sub-  
jectas esse declarat.

Præterea huic epistolæ junctum erat *to. 6. Conc.*  
Responsum ad aliam epistolam Papæ a *p. 1530.*  
S. Bonifacio per Lullum Presbyterum *Othl. lib. II.*  
missam, in qua inter alia dicebat: *6. 2. Bonif.*  
*ep. 141.*  
*stissima Silva est locus desertus in medio*  
*populorum nostræ Missionis, ubi Monaste-*  
*rium construximus, & induximus Mona-*  
*chos Regulam S. Benedicti observantes,*  
*strictissime abstinentes a carnibus, a vino,*  
*& cerevisia, sine famulis, labore manuum*  
*suarum contenti. Hunc locum piorum*  
*vivorum & præcipue Carolomanni, olim*  
*Francorum Principis liberalitate acquisi-*  
*vi, Salvatori nostro dedicavi, estque mihi*  
*propositum cum consensu vestro in refocil-*  
*lationem senectutis meæ ibi per aliquot*  
*dies quiescere, & post mortem meam ibi-*  
*ep. 12. ap.*  
*dem sepeliri. Nemo non videt, hunc lo-*  
*Othl. c. 12.*  
cum esse Abbatiam Fuldensis.

Zacharias Papa dato ad hanc episto-  
lam responso S. Bonifacio pro illo Mona-  
sterio privilegium concedit, quod in lit-  
teris separatis habetur. In iis Pontifex *ep. 14. Othl.*  
illud Monasterium a Jurisdictione cujus- *II. c. 15.*  
cunque Episcopi, excepta Sacra Sede,  
eximit, & prohibet, ne quis Episcopus,  
nisi ab Abbate invitatus fuerit, ibi Mis-  
sam celebrare præsumat. Hoc mihi om-

Sæcul. VIII. nium primum ejusmodi exemptionis ex-  
 A. C. 751. emplum occurrit.

*art. 1.*

Papa in epistola principali, qua ad  
 quæstiones a Lullo in quodam commen-  
 tario sibi oblatas respondet, vetat Chri-

*art. 9.*

stianos comedere varia volatilia, alia-  
 que animalia, sive ut ipsorum sanitati  
 consuleret, sive ut homines barbaros ad  
 aliarum nationum mores adducere.

*art. 2.*

Tum subjungit: *De igne autem Paschali  
 hæc est apud nos traditio: quinta Feria  
 Paschæ dum Sacrum Chrisma consecratur,  
 tres lampades magnæ capacitatis, oleo ex  
 diversis Ecclesiæ candelis collecto, in secre-  
 tiori Ecclesiæ loco ad figuram interioris  
 Tabernaculi indeficienter maxima adhibi-  
 ta diligentia ardent, ita ut oleum ipsum  
 sufficere possit usque ad diem tertium. De  
 crystallis autem, ut asseruisti, nullam ha-  
 bemus traditionem. Erant hæc crystallæ  
 vel specula caustica, vel novus ignis ex  
 lapide excitabatur. Ex his dispicimus,  
 hodiernum Ecclesiæ Romanæ consuetu-  
 dinem, ignem ex cote excutiendi ad ac-  
 cendendum cereum paschalem non esse  
 morem primævum. Post pauca profe-  
 quitur Papa: *bonum & congruum est, an-**

*art. 7.*

*te annum trigesimum neminem Presbyte-  
 rum ordinari, sed si necessitas postulet, a  
 viginti quinque annis ordinentur secun-  
 dum legem Ministerii Levitarum. Quod*

*art. 11.*

*spectat ad ordinationes a te factas extra  
 tempus*

tempus legitimum, Deum precamur, ut tibi indulgeat, scimus enim quod partim necessitas & paupertas ordinandorum, partim bonus zelus dilatandi fidem te ad id faciendum compulerit. Hujusmodi erant illo ævo Dispensationes. Nempe indulgentia post culpam commissam, non vero facultas ad eam imposterum admittendam tribuebatur. Si Presbyterorum, qui de Laicis ad ordinem promoti fuere post crimina admissa, manifestata fuerit iniqua actio, Sacerdotali habitu priventur, & pœnitentiæ submittantur.

Milonem quod contingit, & hujus farinae homines, qui Ecclesiis plurimum nocent, eis secundum præceptum Apostoli oportune importune prædica. Si acquieverint admonitionibus tuis, salvabunt animas suas, sin vero, non perdes mercedem tuam. Hic est ille Milo Sedis Rhemensis usurpator, duobus adhuc annis superstes, & in venatione ab apro, quem insectabatur, anno 753. percussus in Silva prope Treviros, quæ hodieque ab eo nomen habet. Subjungit Pontifex: Episcopus autem ille condemnatus latro & fornicator, qui post degradationem res Ecclesiæ sibi vindicare nititur, hic omnino ac destabiliter respiciendus est. Hic Pontifex loquitur de Gervilione, qui aliquamdiu Bona Ecclesiæ Moguntinæ sibi retinere volebat. At sequente tempore idem Gervi-

Sæcul. VIII.  
A. C. 751.

13.

8.

2. Timoth. 4.

2.

Zachariæ Pa-  
pæ Epistola.

Bruwer.

VII. ann.

Trevir.

c. 10.

15.

Ser. II. rer.

Mog.

Gervi-

Sæcul. VIII.  
A. C. 751.

Gervilio quæcunque habebat, greges & fervos, Ecclesiæ donavit, uno fundo, unde aleretur, sibi concesso contentus, ubi annis quatuordecim Christianam vitam duxit, hospites suscipiens, & nunquam Moguntiam se conferens, nisi quandoque in Cœna Domini, ut aliorum pedes lavando in Ecclesia humilitatem profiteretur.

- Tum Zacharias Papa in Epistola ad
- art. 14. S. Bonifacium hæc habet: *quando Paganis te persequuntur, si fieri potest, & locum inveneris, a prædicatione non desistas, sed instes. Si autem tolerare non valueris eorum persecutionem, habes præceptum Dominicum; transi ad aliam Civitatem.*
16. *Sclavi Christianorum terram inhabitantes sine dubio tributum pendant, ut cognoscant hanc terram habere suum Dominum. Si enim sine tributo sedeant, ipsam aliquando sibi vindicabunt terram.* Hi Sclavi adhucdum Infideles erant.
17. Tandem S. Bonifacius Papam interrogaverat, quot in locis in Sacri Canonis celebratione cruces fieri debeant, quod Papa in commentario separato, quem tradidit Lullo Presbytero, indicavit. Hæc epistola quarto Novembris anno Constantini trigesimo secundo Indictione quinta seu anno reparatæ Salutis septingentesimo quinquagesimo primo data est.

HISTO-